



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Sive Homiliæ In Dominicas Anni, Et Festa Sanctorum

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Homiliæ hyemales de Tempore, XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72051](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72051)

Ioan. 8.
Ioan. 14

pressos, atque hoiis antiqui fraude deceptos, obseisloque erroribus, Ipse etenim recte mors & mendacium, sicut e contra Dominus veritas vocatur, & vita. Attulit autem nobis veram cognitionis suae lucem, exclusisque errorum tenebris certum nobis iter patriae caelestis aperuit: direxit egressus operum nostrorum, quatenus per viam veritatis, quam monstravit incedere, atque ad mansionem perpetuae pacis possimus intrare, quam promisit. Haec igitur dona, fratres charissimi, supernae bonitatis, haec aeternorum donorum promissa habentes benedicamus & nos Dominum in omni tempore, quia vistravit & fecit redemptionem plebis suae. Semper laus eius in ore nostro versetur, semper eius & memoriam retineamus, & invicem annunciemus virtutes, qui de tenebris nos vocavit in admirabile lumen suum. Eius continet flagitemus auxilium, ut lucem scientiae quam contulit in nobis, ipse conservet, atque ad perfectum usque diem perducat. Et ut digni simus exaudiri precantes, abiciamus ipsi opera tenebrarum, & induamus nos arma lucis. Sic etenim supplicantes concite qua desideramus accipimus, quia nimirum verba devota orationis adjuvat manus pia operationis. Et quia beati praecursoris hodie natalitia celebramus, oportet ut quem salutis aeternae praconem susceperimus, hunc etiam nostrae orationis adiutorem queramus. Ipsum itaque intercedendo rogemus impetrare, ut ad eum cui testimonium perhibuit, lucem, vitam & veritatem pervenire mereamur, Jesum Christum Dominum nostrum, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Psal. 33

1. Petr. 2

Rom. 13

PARTIS HOMILIARUM AESTIVALIUM
Bedae presbyteri, Finis.

BEDÆ PRESBYTERI
HOMILIAE HYEMALES DE TEMPORE.
DOMINICA PRIMA ADVENTUS
DOMINI.

Luc. 19.
Matt. 21
Marc. 11

In illo tempore cum appropinquasset Iesus ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui vocabatur Oliveti, misit duos discipulos suos, dicens: Ite in Castellum, quod contra vos est, in quod introeuntes invenietis pullum asinae alligatum, cui nemo unquam hominum sedit, solvite illum, & adducite. Et si quis vos interrogaverit, quare solvitis, sic dicetis ei, quia Dominus operam eius desiderat. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIOE.

Matt. 5.
Luc. 11

Bethphage erat viculus sacerdotum in monte Oliveti: Bethania quoque villula sive civitas in latere montis eiusdem, quasi stadiis quindecim ab Hierusalem, sicut Joannes Evangelista manifestat, ubi Lazarus est suscitatus a mortuis: cuius & monumentum Ecclesia nunc ibidem constructa demonstrat. Bethphage autem domus buccae, Bethania domus obedientiae dicitur. Quas Hierosolyma venturus Salvator, praesentiae suae dignatione sublimavit: quia multos ante passionem suam docendo, donis pie confessionis & obedientiae spiritualis implevit. Quae pulchre civitates in monte Oliveti posita referuntur, hoc est, in ipso Domino, qui nos unctione spiritualium charismatum, & scientiae pietatisque luce refocet. Unde cum alibi diceret: Non potest civitas abscondi supra montem posita, continuo subiicit: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio. Quia idem mons Oliveti, id est, summus spirituum distributor gratiarum, qui civitatem suam ut emineat exaltat, hinc quoque oleo exultat: onis ut lucere possit, inflammat. Et quia idem lumen sub modio ponit, misit discipulos in castellum quod contra eos erat, id est, doctores, qui indocta ac barbara totius orbis litora, quam contra castelli menia evangelizando penetrarent, destinare curavit. Recte autem duo mittuntur: pro-

pter scientiam veritatis & munditiam operis, seu propter geminam dilectionis, Dei videlicet & proximi Sacramentum, toto orbe pradicandum.

In quo introeuntes invenietis pullum asinae alligatum, cui nemo unquam hominum sedit: solvite illum, & adducite. Et si quis vos interrogaverit, quare solvitis, sic dicetis ei: Quia Dominus operam eius desiderat. Introeuntes mundum pradicatores, invenerunt populum nationum perfidia vinculis inretitum: Funiculis enim peccatorum suorum uniusquisque constrictus erat, nec solum nationum, sed & Judaeorum. Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei. Unde bene apud Mattheum asina quoque cum pullo alligata reperitur. Asina quippe, quae sub jugalis fuit, & edomita jugum legis traxerat, synagogam significat: pullus asinae lascivus & liber, populum nationum demonstrat: cui nemo unquam hominum infedit, id est, nemo rationabilium doctorum suorum correptionis, quo vel linguam a malo cohibere, vel in arctam vitae viam ire cogetur, nemo indumenta salutis, quibus spiritualiter calefere, utilia suadendo contulerat. Sederet namque illi homo, si qui ratione utens, eius stulta deprimendo corrigeret. Unde non immerito possunt duo discipuli ad exhibenda Domino animalia desolati, juxta parabola superioris exemplum, duo pradicatorum ordines, unus in gentes, alter in circumcissionem directus intelligi. Et notandum, quod tres Evangelista, qui Graeco sermone scribere, pullum tantummodo commemorant: Mattheus vero solus, qui Hebraeis Hebraeoque sum Evangelium descripsit eloquio, asinam quoque solutam & Domino refert adductam, ut ejusdem etiam gentis Hebraeae, si penituerit, non desperandam monstrat esse salutem. Solvite, inquit, & adducite. Quaecumque enim solveritis super terram, erunt soluta & in caelis. Abierunt autem qui misit erant, & invenerunt, sicut dixit illis stantem pullum. Marcus scribit pullum ante januam foris in bivio inventum. Janua autem ipse est qui ait: Ego sum janua ovium, per me si quis introierit, salvabitur: & ingredietur & egredietur, & pasca inveniet. Quibus vita pascaus iste pullus, id est, populus gentium carebat, quando adhuc extra hanc januam in bivio ligatus stabat. Et recte in bivio: quia non unam certam vitam, fideique vitam tenebat, sed plures diaboloque sectarum calles sequebatur erroris: de quibus apte subiungitur:

Rom. 3.

Matt. 21
Ioan. 20

Ioan. 10

1. Cor. 12

Actu. 10

Solventibus autem illi pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quid solvitis pullum. Multos quippe habebat dominos, qui non uno dogmati & superstitioni deditus, sed pro libitu immundorum spirituum ad varios diversisque miser raptabatur errores, ad simulachra muta prout dicebatur incedens. Denique vernacula quadam scripturae consuetudine commune esse dicitur, quod immundum est, sicut & ad Petrum vox de caelo dicit: Quod Deus mandavit, tu commune ne dixeris: Quia qui sanctus est, solus Dei est, & cum nullo ei communis est: qui autem peccator est & immundus, multorum est. Multi enim demones possident eum, & ideo communis appellatur.

At illi dixerunt: Quia Dominus eam necessarium habet, & duxerunt illum ad Iesum. Qui solvenbo pullo contradixerant, audito Domini nomine quiescunt: quia magistrorum errorum, qui venientibus ad salutem gentium doctoribus obstabant, eatenus suas tenebras defendere, donec miraculis attestantibus veri possessoris ac Domini virtus emicuit. At postquam fidei Dominica potestas apparuit, cedentibus passim adversariorum querelis, liber creditum coetus, qui Deum corde portet, adducitur.

Et iacentes vestimenta sua supra pulvum, imposerunt Iesum. Vestimenta Apollolorum vel doctrina virtutum, vel ediditio scripturarum, vel certe Ecclesiasticorum dogmatum varietates intelligi possunt, quibus illi corda hominum ante nuda & frigida, quo Christo fessore digna fiant, operiunt.

Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via. Portante Dominum asino, discipuli vestimenta in via sterunt. Quia proprii se corporis extentes amictu, viam simplicioribus Dei famulis suo sanguine parant: ut videlicet inoffenso gressu mentis Hierosolyma, quo Iesus ducit, in-



cedant, Jesus enim a seculo insidens Hierusalé tendit, quando vel uniuersusque fidelis animam regens, uidelicet iumentum suum ad pacis intimam uisionem ducit: uel etiá cum sancta Ecclesia universaliter præsidet, eamque in superna pacis desiderium accendit. Quia uero iuxta alios Evangelistas non discipuli tantum, sed & plurimi de turba sternerant uelimenta sua in uia, possunt per eos etiam hi designari, qui exempla martyrum seculi, corpora sua per abstinentiam edomant, ut Domino iter ad mentem parent, uel exempla bona sequentibus præbeant.

Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliveti, cæperunt omnes turba descendendum gaudentes laudare Deum uoce magna. Descendente de monte Olivatum Domino, gaudentes laudantesque turba simul & ipsa descendunt: Quia humiliato sua sponte misericordix auctore, necesse est eos qui misericordia plurimum indigent, humilitatis ejus uestigia quantum prævalent imitari. Necesse est, inquam, nos intuentes quomodo Jesus de monte Oliveti descendit, id est, cum in forma Dei esset, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: humilitemur & ipsi sub potenti manu ejus, ut exaltari mereamur in tempore uisitationis.

Super omnibus quas uiderant, virtutibus dicentes: Benedictus qui uenit Rex in nomine Domini. Multas quidem uirtutes Domini uiderant, sed maximè Lazari resuscitationem, quæ nuper facta erat, stupebant: testimonium perhibente turba, quæ erat cum eo, quando illum uocauit de monumento & suscitauit à mortuis. Nam & propterea obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Notandum est enim, non nunc primum uenientem de Galilæa Salvatorem, id est, ante quinque dies Pascha Hierusalem adisse, sed anno præterito mense septimo illic ad diem festum Scenopægiæ uenisse, sicut Joannes memorat, & exinde sex mensibus continuis, hoc est, usque ad diem Pascha quo passus est, modo Hierosolymis signa fecisse, & docuisse, modo montem Olivatum ascendisse, modo Judæa expulsum trans Jordanem abisse, modo in ciuitate deserti, quæ dicitur Bethaniam, mansisse cum discipulis, nunquam tamen id tempus Galilæam fuisse reuersum. Super omnibus ergo, quas eum tanto tempore fecisse uiderant, uirtutibus, turba Deum laudant, dicentes:

Benedictus qui uenit Rex in nomine Domini, pax in celo & gloria in excelsis. Benedictus autem qui uenit Rex in nomine Domini, sic potius accipiendum est, ut in nomine Domini, in nomine Dei patris intelligatur: quamuis possit intelligi etiam in nomine suo, quia & ipse Dominus est. Unde alibi scriptum est: *Pluit Dominus à Domino.* Sed uerba ejus melius nostrum dirigunt intellectum qui ait: *Ego ueni in nomine patris mei, & non suscepistis me: alius uenit in nomine suo, hunc suscipietis.* Humilitatis enim magister est Christus, qui humiliavit semetipsum; factus obediens usque ad mortem. Non itaque amittit diuinitatem, quando nos docet humilitatem. Non autem Rex Israël Christus ad exigendum tributum, uel ferro exercitum armandum, hostesque uisibiliter debellandos, sed Rex Israël quod mentes regat, quod in æternum consulat, quod in regnum cælorum credentes, sperantes, anantesque perducatur. Dei ergo filius equalis patri, uerbum per quod facta sunt omnia. Quod Rex esse uoluit Israël, dignatio est, non promotio, miserationis indicium est, non potestatis augmentum. Qui enim appellatus est Rex in terra Rex Judæorum, in cælis est Dominus Angelorum. Verum quia Christus in carne totius mundi propitiatio, & hominum uidelicet & angelorum, illuxit, pulchre sibi inuicem in ejus laude dispensationis cælesti simul & terrena concinunt. Quo enim nascente cælestium uirtutum agmina Deum laudantia decantant: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax dominibus,* eo de mundi principe triumphaturo, moxque de cælis redituro, mortales uicem laudis reponunt. Pax in celo, & gloria in excelsis.

Homiliam ejusdem super eodem Evangelio, quære in Dominica Palmarum.

DOMINICA SECUNDA IN ADVENTU
Domini. Luca 21. Matthæi 24. Marci 13.

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis: Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM
LECTIONE.

Sicut Dominus in sequentibus intimat, apparente uniuersali iudicio cælum & terra transibunt. & sicut in Joannis Apocalypsi legimus, mare iam non erit: merito eodem incumbente iudicio, sonitus maris & fluctuum confunditur, terrarum orbis prementibus se inuicem colons inficitur, maxima cæli luminaria percussis horrore nouo radiis turbatam faciem uelant. Et quomodo impulsæ ad causam arbores fragoris motusque sui præmittere solent indicia, sic termino appropiante quali pæuentia nutant ac tremunt elementa. Ergo quod ait Matthæus, *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de celo,* ipsam iudicii præsentiam significat, quando apparente ueræ gloria lucis, omnia mundi lumina tenebris umbrique comparantur. Quod uero dicit Lucas: *Erunt signa in sole, & luna & stellis,* præcursorum uicini ejusdem iudicii quasi nuncios indicat. E quibus est illud Propheta: *Sol uertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam uenierit dies Domini magnus & manifestus.* Item quod Lucas ait: *Et in terris pressura gentium,* ipsum esse reor quod Antichristi tempora describens Matthæus dicit: *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.* Quod autem Lucas subiungit præ confusione sonitus maris & fluctuum, præco est illius quod inter cætera mutabilia seculi, Joannes mare habiturum conspexit.

Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, qua superuenient uniuerso orbi: nam uirtutes cælorum mouebuntur. Credo ipsum iudicii aduentum hac sententia designari, quando iuxta alterius loci parabolum omnes, hoc est, & prudentes & fatuæ uirgines insolito clamore suscitatae lampades ornant, id est, sua secum opera munerant, pro quibus maximo cum timore iam jamque instantem æterni discriminis expectant eventum. Nam eatenus absque ullo timore iudicii uniuersus penè orbis acturus est, Apostolo attestante, qui ait: *Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus uenit superueniet inuolutus.* Tunc itaque superueniente uniuerso orbi timore & expectatione districti examinis, multi qui in hoc mundo florere uidebantur, cum se in sine sine fructu conspexerint, arescent. Tunc fides quæ sine operibus uiruerat, probante se iusti iudicis igne marcesceret. Nec mirum homines, hoc est, uel natura uel sensu terrestres, ad ejus iudicium turbati, cui us aspectum & ipsæ cælorum uirtutes, hoc est, angelicæ trament potestates, beato quoque Job attestante, qui ait: *Columna cæli contremiscunt, & pavent ad nutum ejus.* Quid ergo faciunt tabulæ, quando tremunt columnæ? Quid uirgula deserti patitur, cum cedrus paradisi concutitur?

Et tunc uidebunt filium hominis uentem in nube cum potestate magna & maiestate. In potestate & maiestate uisuri sunt, quem in humilitate positum audire noluerunt, ut uirtutem ejus tanto tunc districtius sentiant, quanto nunc cervicem cordis ad ejus patientiam non inclinant. Sed quia hæc contra reprobos dicta sunt, mox ad electorum consolationem uerba uertuntur, nam subditur:

Hic autem fieri incipientibus, respicite & levate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra. Cum plaga, inquit, mundi crebrescent, cum terror iudicii uirtutibus commotis ostenditur, *levate uos capita,* id est, exhilarate corda: quia dum finitur mundus, cui amici non estis, propè se redemptio, quam quaesistis. In scriptura etenim sacra læpè caput pro mente ponitur: quia sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur. *Leuate*

Apoc. 21.

Matth. 24.

Iob. 2.

Act. 2. Matth. 24.

Apoc. 8.

Matth. 23.

I. Thess. 5.

Iob. 20.

itaque

itaque capita, est mentes nostras ad gaudia patriæ cœlestis erigere. Quod autem calcari mundus ac despici debeat, provida Dominus comparatione manifestat. Nam sequitur:

Es dixit illis similitudinem: Videre scilicet vineam, & omnes arbores cum producant jam ex se fructum, scitis quoniam prope est aestas: ita & vos cum videritis hæc fieri, scitate quoniam prope est regnum Dei.] Apertè ergo docet, quia sicut ex fructu arborum ventura aestas agnoscitur, ita ex ruina mundi prope esse cognoscitur regnum Dei. Quibus profectò verbis ostenditur, quia fructus mundi, ruina est: ad hoc enim crescit, ut cadat, ad hoc germinat, ut quacunque geminaverit, cladibus consumat. Bene autem regnum Dei aëstati comparatur: quia tunc meritoris nostri nubila transeunt, & vitæ dies æterni solis claritate fulgescunt. Quæ omnia cum magna certitudine confirmantur, cum sententia subiungitur, qua dicitur:

Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.] Multum quippe commendat Dominus, quod ita pronunciat: quodammodo (si dici fas est) iuratio eius est, *Amen dico vobis.* Amen enim interpretatur verum, & tamen non est interpretatum, cum potuisset dici, Verum dico vobis: nec Græcus hoc interpretatus est facere, nec Latinus. Sic mansit, non est interpretatum, ut honorem haberet velamento secreti: non ut esset negatum, sed ne vilesceret nudatum. Igitur verum dico vobis, veritas dicit, quæ utique etiam non diceret, mentiri omnino non posset. Tamen commendat, inculcat, dormientes quodammodo excitat, intentos facit, contenti non vult, Amen, inquam, dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Generationem autem aut omne hominum genus dicit, aut specialiter Judæorum.

Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.] Cælum quod transibit, non est æthereum sive ædereum, sed æreum, à quo & aves cœli & nebula cœli cognominantur, intelligere debemus, & Petro attestante qui dicit:

2. Petr. 3

Quod cæli erant prius & terra de aqua, & per aquam consistens verbo Dei, per quæ ille tunc mundus perierit. Cæli autem qui nunc sunt & terra, eodem verbo repositi sunt igni reservati in die iudicii, & perditionis hominum imperiorum: apertè docens, quia non alii cæli sunt igne perituri, quam qui aqua perdit, hoc est, inania hæc, & vana & inanis, quam

Genes. 7

qui aqua perdit, hoc est, inania hæc, & vana & inanis, quam

2. Petr. 3

qui aqua perdit, hoc est, inania hæc, & vana & inanis, quam

Eccles. 1.

qui aqua perdit, hoc est, inania hæc, & vana & inanis, quam

1. Cor. 7.

Apoc. 21

qui aqua perdit, hoc est, inania hæc, & vana & inanis, quam

Ps. 101.

qui aqua perdit, hoc est, inania hæc, & vana & inanis, quam

DOMINICA III. IN ADVENTU DOMINI.
Lucæ 7. Matth. 11.

In illo tempore convocavit duos de discipulis suis Ioannes, & misit eos ad Dominum dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

Non simplici corde, ut opinor, sed invidia stimulati discipuli Joannis ei Christi virtutes & miracula narant. Nam & alibi ita apud eum questi esse produntur: Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Quibus tunc respondit Joannes: *Quia non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de celo, &c.* quibus & se purum hominem, & Christum Dei filium esse manifestè declarat. Verùm, quia mansit invidia, livorque nequibat expelli, quid pro eis corrigendis optimus magister adhuc egerit, attende.

Ioan. 3.

Et convocavit duos de discipulis suis Ioannes, & misit eos ad Dominum dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?] Videlicet ut per hanc saltem occasionem videndo signa quæ faciebat, crederent in eum, & magistrum interrogantes sibi dicerent, Ergo non ait, Tu es qui venisti: sed, Tu es qui venturus es? Et est sensus: Mandata mihi, quia interficiendus ab Herode, & ad inferna descendurus sum, utrum te & inferis debeam nunciare, qui nunciavi superioris: an non conveniat filio Dei, ut gustet mortem, & alium ad hæc sacramenta missurus es.

In ipsa autem hora curavit multos à languoribus & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multum donavit visum. Joannes interrogaverat per discipulos: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Christus signa demonstrat, non ad ea respondens, quæ interrogatus fuerit, sed ad scandalum nunciatorum.

Euntes, inquit, renunciate Joanni, quæ vidistis & audistis. Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, & quod his non minus est, pauperes evangelizantur.] Vel pauperes spiritu, vel certe opibus pauperes, ut nulla inter nobiles & ignobiles, inter divites & egenos, in prædicatione distantia sit. Hæc magistri rigorem, hæc Præceptoris comprobant veritatem, quando omnis apud eum qui salvari potest, æqualis est. Quod autem ait:

Et beatus est, quicumque non fuerit scandalizatus in me.] Et nuncios Joannis, qui eum esse Christum non crederant, à perditione scandalo castigat, & eidem Joanni quod quærebat, exponit: quia *Dens salvos facit, & Domini exitus mortui.* Visus enim tot signis tantisque virtutibus, non scandalizari quicumque potuit, sed admirari. Sed infidelium mens grave in isto scandalum pertulit, cum eum & post tot miracula morientem viderit. Quid est ergo dicere, *Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me,* nisi aperta voce abjectionem mortis suæ, humilitatemque signare? Ac si patenter dicat, Mira quidem facio, sed abjecta perpeti non dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cavendum valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur.

psal. 67

Et cum discessissent nuncios Ioannis, cepit dicere de Ioanne ad turbas.] Quia turba circumstantis interrogationis mysterium nesciebat, & putabat Joannem dubitare de Christo, quem ipsum monstraverat, ut intelligerent Joannem non sibi interrogasse, sed discipulis suis, dignis eum laudibus accumulatis.

Quid existis in deserto? videre arundinem vento moveri?] Quod videlicet non asserendo, sed negando intulit, Arundinem quippe mox, ut aura contigerit, in partem flectit. Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur? qui mox favore vel detractione tangitur, in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura favoris flaverit, hilarescit, extollitur, totumque se quasi ad gratiam inflectit: sed si inde ventus detractionis eruperit, unde laudis aura veniebat, mox hunc quasi in partem alteram ad vim furoris inclinat. Sed arundo vento agitata Joannes non erat: quia hunc nec blandum gratia, nec cuiuslibet ira asperum faciebat, nec prospera hunc erigere, nec adversa noverunt inclinare.

Sed

*Sed quid existis? videre hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & delicias, in domibus regum sunt.] Camelorum etenim pilis vestitus Joannes fuisse describitur. Non ergo cœlesti, inquit, sed terreno regno militant hi, qui pro Deo perpeti aspera fugiunt, sed solis exterioribus dediti præsentis vitæ molliem & delectationem querunt. Nemo ergo existimet in luxu atque studio vestium peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Joannem Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Quamvis hoc, quod Joannes non esse vestitus mollibus dicitur, per significationem intelligi aditer potest. Mollibus enim vestitus non fuit, quia vitam peccantium non blandimentis fovit, sed vigore asperæ invectionis increpavit dicens: *Genimina viperarum, quis vobis demonstravit fugere à ventura ira?**

Matth. 3

Sed quid existis? videre Prophetam? Vtique dico vobis, & plus quam Prophetam. Prophetæ quippe ministerium est ventura dicere, non etiam demonstrare. Joannes ergo plus quam Prophetæ est, qui eum, quem præcurrendo prophetaverat, etiam ostendendo nunciabat.

Malac. 3

*Hic est, de quo scriptum est: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Quod Græcè Angelus, hoc Latine nuncius dicitur. Recte ergo, qui nunciare supernum judicem mittitur, Angelus vocatur, ut dignitatem servet in nomine, quam explet operatione. Altum quippe nomen est, sed vita nomine inferior non est. Sed & omnes, qui sacerdotii nomine censentur, Angeli vocantur, Prophetæ attestante, qui ait: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est.* Nec non unusquisque fidelium in quantum sufficit, in quantum gratiam supernæ aspirationis accipit, si à pravitate proximum revocat, si exhortari ad bonè operandum curat, si æternum regnum, vel supplicium erranti denunciat, cum verba sanctæ annunciationis impendit, profectò Angelus existit.*

Malac. 2

**FERIA IV. QUATUOR
TEMPORUM. LUCÆ I.**

In illo tempore in mense sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilæe, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et reliqua.

**BEDÆ PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.**

Angeli idcirco privatis nominibus censentur, ut signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque etenim in illa sancta civitate, quam de visione omnipotentis Dei plena scientia perfecit, idcirco propria nomina fortiantur, ne eorum personæ sine nominibus sciri non possint: sed cum & nos aliquid ministraturi veniunt, apud nos etiam nomina à ministeriis trahunt. Ad Mariam ergo virginem Gabriel mittitur, qui Dei fortitudo nominatur. Illud quippe nunciare veniebat, qui ad debellandas aëreas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalm. dicitur: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Et rursum: *Dominus virtutum ipse est Rex gloria.* Per Dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum Dominus & potens in prælio contra potestates aëreas ad bella veniebat. Mensem autem sextum Martium intellige, cuius vicefimo & quinto die Dominus noster & conceptus traditur, & passus, sicut & vicefimo quinto die mensis Decembris natus. Quod si vel hoc die (ut nonnulli arbitrantur) æquinoctium vernale, vel illo solstitium brumale fieri credamus, convenit utique cum lucis incremento concipi vel nasci eum, qui illuminat omnem hominem venientem in mundum. At si quis ante dominicæ nativitatis & conceptionis tempus lucem vel crescere, vel tenebras superare convicerit, dicimus & nos, quia & Joannes tunc ante faciem adventus ejus regnum cœlorum evangelizabat: & nunc quoque prædicatoribus imperatur, *Iter facite ei qui ascendit super occasum.* Cur au-

Psal. 23

Joan. 1

Psal. 61

tem Joannes circa æquinoctium autumnale conceptus, circa solstitium æstivum sit natus, docet ipse, qui vel ex sua, vel ex veteri testamenti (ut multi autumant) persona loquitur: *Illum oportet crescere, me autem minui.*

Joan. 1

Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen virginis Maria.] Multas ob causas Salvator non de simplici virgine, sed desponsata voluit nasci. Primò videlicet, ut per generationem Ioseph, cuius Maria cognata erat, Mariæ quoque nasceretur origo. Neque enim moris est Scriptura femininum genealogiam texere. Nam & de utroque potest intelligi, quod dicitur *de domo David.* Deinde, ne velut adultera lapidaretur à Judæis, malens aliquos de suo ortu, quam de pudore dubitare parentis, simul & virginibus impudicis occasione tollens, ne matrem quoque Salvatoris dicerent falsis suspicionibus infamata. Tertio, ut in Ægyptum fugiens, & inde rediens haberet solatium viri, qui antegerrimæ virginis custus pariter ac testis existeret. Quarto, ne partus ejus diabolo pateret, qui si eum de virgine natum cognosceret, forsitan quasi cæteris hominibus eminentiorem morti tradere timeret. Maria autem Hebræicè stella maris, Syriacè verò domina vocatur. Et merito: quia & totius mundi Dominum, & lætæ sæculi meruit generare perennem.

Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, & benedicta tu in mulieribus.] Bene gratia plena vocatur, quæ nimirum gratiam, quam nulla alia meruerat, allequitur, ut ipsum videlicet gratiæ concipiat & generet autorem.

Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat, qualis esset ista saluatio.] Disce virginem moribus, disce virginem verecundia, disce virginem oraculo, disce mysterio. Trepidare virginum est, & ad viros viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetrabilibus, quam nemo virorum videret, sola Angelus reperiret, sola sine comite, sola sine teste, ne quo degeneri depravaretur affectu, ab Angelo salutatur. Disce virgo verborum vitare lasciviam. Maria etiam salutationem Angeli verebatur. *Erat tamen cogitans, inquit, qualis esset hæc saluatio.* Et idèo cum verecundia, quia pavebat cum prudentia, quia benedictionis novam formulam mirabatur, quæ nunquam læta est, nunquam antè comperta.

Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum.] Quam salutatione insolita, utpote quæ ei soli servabatur, videret turbatam, quasi familiarius notam vocans ex nomine, ne timere debeat, jubet. Et quia gratiæ plenam vocaverat, eandem gratiam & astruit plenius, & uberius explicat, dicens:

Ecce concipies in utero, paries filium, & vocabis nomen ejus Iesum.] Iesus Salvator sive salutaris interpretatur: cuius sacramentum nominis alloquens Ioseph Angelus exposuit, ipse enim, inquiens, *salvum faciet populum suum à peccatis eorum.* Non ait populum Israël, sed populum suum, hoc est, in unitatem fidei ex præputio & circumcissione vocatum, quibus ex diversa parte congregatis fiet unus pastor & unus ovile.

Matth. 1

Joan. 10

Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus sedem David patris ejus. Dicitur est & de Joanne, quod erit magnus, sed ille quasi homo magnus, hic quasi Deus magnus. Ille enim magnus coram Domino, hic autem erit magnus, inquit, & filius altissimi vocabitur. Idem ergo filius altissimi, qui in utero virginali conceptus & natus est. Idem homo in tempore creatus ex matre, qui Deus est ante tempora natus ex patre. Si autem idem homo qui Deus est, omitat Nestorius hominem tantum dicere ex virgine natum, & hunc à verbo Dei non in unitatem personæ, sed in societatem inseparabilem esse receptum. Alioquin non unum Christum verum Deum & hominem, sed duos (quod dici nefas est) asserere, ac per hoc non trinitatem, sed quaternitatem prædicare convincitur. Catholica autem fides, sicut unumquemlibet hominem carnem & animam, ita hominem & verbum unum Christum rectissime confitetur, juxta quod & Angeli

verba

verba significant, que dādam illi sedent David patris ejus allēverant. Qui enim eundem ipsum patrem habere David, quem filium altissimi vocari pronunciat, in duabus utiq; naturis unam Christi personam demonstrat. Accipit autem sedem David, ut nimirum gentem, cui David quondam & filii ejus temporalis regni gubernacula præbuerunt, ipse perpetuum vocaret ad regnum, quod eis paratum est ab origine mundi.

Matt. 25
Esaiā 9
Et regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Et Esaiās ait: Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis, super solium David & super regnum ejus sedit, ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia. Non dixi in acquisitione gloriæ, gazarumque terrestrium, non in victoria gentium plurimarum urbiumq; debellatione superbarum, sed in iudicio & iustitia. Per hæc enim regnum Christi & in singulis quibusque fidelibus, & in universa per orbem multiplicatur pariter & confirmatur Ecclesia. Domum namque Jacob totam Ecclesiam dicit, quæ vel de bona radice nata, vel cum Oleaster esset, merito tamen fidei in bonam est inserta olivam. Quam post triumphum passionis alloquens Salvator ait: Qui timetis Dominum, laudate eum, annversum semen Jacob magnificate eum. Non autem ideo futuri temporis verbis magnus exiturus Jesus filius altissimi vocandus, se eprum David accepit, & in domo Jacob regnatus asserit: quia juxta quod hæretici sapiunt, atque à veritate desipiunt, Christus ante Mariam non fuerit, sed quod homo assumptus in Deum clarificatus est ea claritate, quam verbum Dei habuit, priusquam mundus esset apud Patrem: hoc est, ut idem filii nomen eandem Christi personam, homo cum Deo plenus gratia & veritate fortiretur.

Rom. 11
Psal. 21
Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Propositum suæ mentis reverenter exposuit, vitam videlicet virginalem se ducere decrevisse. Quæ quia prima feminarum tantæ se virtuti mancipare curavit, jure singulari præ cæteris feminis beatitate meruit excellere. Quomodo, inquit, fiet istud. Non ait, unde hoc sciam, sed quomodo fiet, inquit, quoniam virum non cognosco? Ordinem videlicet obsequii, cui subdatur, inquirens, non autem signum, cui credat, flagitans. Neque enim decebat electam generando Deo virginem dubiam diffidentia, sed prudentia cautam existere, quia nec facile poterat homo nosse mysterium, quod in Deo manebat à sæculis absconditum. Quia ergo legerat, Ecce virgo in utero habebit & pariet filium: sed quomodo id fieri posset non legerat, merito credula iis, quæ legerat, sciscitatur ab angelo, quod in Propheta non invenit.

Joan. 17
Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Non virili, inquit, quod non cognoscis, semine, sed Spiritus sancti, quo impletis, opere concipies. Erit in te conceptio, libido non erit. Concupiscentiæ non erit ætus, ubi umbram faciet Spiritus sanctus. Verum in eo, quod ait: Et virtus altissimi obumbrabit tibi, potest etiam incarnati Salvatoris utraque natura designari. Umbra quippe à lumine solet & corpore formari. Et cui obumbratur, lumine quidem vel colore solis, quantum sufficit, reficitur: sed ipse solis ardor, ne ferri nequeat, interposita vel nubecula levi, vel quolibet alio corpore temperatur. Beata itaque virgini, quia quasi pura homo omnem plenitudinem divinitatis corporaliter capere nequibat, virtus altissimi obumbravit, id est, incorporea lux divinitatis corpus in ea suscepit humanitatis. De qua pulchrè Propheta: Ecce Dominus, inquit, ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum. Quod est dicere: Ecce verbum Dei Patri coæternum, lumenque de lumine ante sæcula narum carnem in fine seculorum atque animam nullo peccati pondere gravata suscipiet, & de utero virginali, tanquam sponsus de thalamo suo, procedet in mundum.

Esaiā 7
Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Ad distinctionem nostræ sanctitatis Jesus singulariter sanctus nasciturus asseritur. Nos quippe est sancti efficiamur, non tamen nascimur: quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur, ut merito cum Propheta gementes

Esaiā 19
Psal. 18
singuli dicamus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Ille autem solus veraciter sanctus est, qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est. sanctum, inquit, vocabitur filius Dei. Quid hic dicis, Nestorjane, qui beatam Mariam Dei negans esse genitricem, apertam niteris impugnare veritatem? Ecce Deum dixit superventurum, Dei filium nasciturum. Quomodo ergo aut Dei filius Deus non est: aut, quæ Deum edidit, quomodo Scythias, id est, Dei genitrix non esse potest?

Et ecce Elizabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Ne virgo se parere posse diffidat, accipit exemplum steriliis anis pariturae, ut discat omnia Deo possibile, etiam quæ naturæ ordine videntur esse contraria. Si quem verò mover, quomodo beate Mariæ cognatam dicat Elizabeth, cum hæc de domo David, illa de filiabus Aaron originem duxerit: animadvertat proavos earum invicem liberis nuptum traditis utramque tribum potuisse conjugere. Cui si hæc expositio forte non suffecerit contentiosus insistenti, quasi hoc contra interdicitum legis fieri nequiverit, legat Exodum, ubi scriptum est: Accipit autem Aaron uxorem Elizabeth filiam Aminadab, sororem Naasun, quæ peperit ei Nadab, & Abiud, & Eleasar, & Ithamar: videatque ante edictum legis superna provisione sacerdotalem regali junctam jam fuisse progeniem, ut videlicet Dominus Jesus Christus, qui secundum carnem verus Rex & Sacerdos erat futurus, ipsam quoque carnem de utraque, David scilicet & Aaron stirpe susciperet. Unde & in hac utraque tribu christina per legem mysticum celebratur, Christi nimirum nominis pariter & generationis prænuncium. Et ipse David domum Dei ingrediens panem sanctum & gladium quali rex & sacerdos accepit, illum videlicet de suo femine venturum præfigurans, qui & pro nostra libertate regis jure pugnaret, & pro nostra absolutione panem suæ carnis offerret.

Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Quanta cum devotione humilitas, quæ & Angeli promissum optat impleri, & se ipsam, quæ mater eligitur, ancillam nuncupat, apertissime innumerans, quam nil sibi meriti vindicet in eo, quod Domini iussis obsecundet. Fiat, inquit, sine viri semine conceptus in virgine, nascatur de Spiritu sancto integra carne sanctum, quod nascetur de homine matre sine homine patre, vocetur Dei filius.

Psal. 50
singuli dicamus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Ille autem solus veraciter sanctus est, qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est. sanctum, inquit, vocabitur filius Dei. Quid hic dicis, Nestorjane, qui beatam Mariam Dei negans esse genitricem, apertam niteris impugnare veritatem? Ecce Deum dixit superventurum, Dei filium nasciturum. Quomodo ergo aut Dei filius Deus non est: aut, quæ Deum edidit, quomodo Scythias, id est, Dei genitrix non esse potest?

Et ecce Elizabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Ne virgo se parere posse diffidat, accipit exemplum steriliis anis pariturae, ut discat omnia Deo possibile, etiam quæ naturæ ordine videntur esse contraria. Si quem verò mover, quomodo beate Mariæ cognatam dicat Elizabeth, cum hæc de domo David, illa de filiabus Aaron originem duxerit: animadvertat proavos earum invicem liberis nuptum traditis utramque tribum potuisse conjugere. Cui si hæc expositio forte non suffecerit contentiosus insistenti, quasi hoc contra interdicitum legis fieri nequiverit, legat Exodum, ubi scriptum est: Accipit autem Aaron uxorem Elizabeth filiam Aminadab, sororem Naasun, quæ peperit ei Nadab, & Abiud, & Eleasar, & Ithamar: videatque ante edictum legis superna provisione sacerdotalem regali junctam jam fuisse progeniem, ut videlicet Dominus Jesus Christus, qui secundum carnem verus Rex & Sacerdos erat futurus, ipsam quoque carnem de utraque, David scilicet & Aaron stirpe susciperet. Unde & in hac utraque tribu christina per legem mysticum celebratur, Christi nimirum nominis pariter & generationis prænuncium. Et ipse David domum Dei ingrediens panem sanctum & gladium quali rex & sacerdos accepit, illum videlicet de suo femine venturum præfigurans, qui & pro nostra libertate regis jure pugnaret, & pro nostra absolutione panem suæ carnis offerret.

Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Quanta cum devotione humilitas, quæ & Angeli promissum optat impleri, & se ipsam, quæ mater eligitur, ancillam nuncupat, apertissime innumerans, quam nil sibi meriti vindicet in eo, quod Domini iussis obsecundet. Fiat, inquit, sine viri semine conceptus in virgine, nascatur de Spiritu sancto integra carne sanctum, quod nascetur de homine matre sine homine patre, vocetur Dei filius.

HOMILIAM EJUSDEM SUPER EODEM EVANGELIO REQUIRE IN FESTO ANNUNCIATIONIS MARIE.

FERIA SEXTA QUATUOR TEMPORUM. LUC. I.

IN illo tempore exurgens Maria abiit in montana cum festinatione in civitatem iuda, & intravit domum Zacharia, & salutavit Elizabeth. Et factum est, ut audivit salutationem Maria Elizabeth, exultavit insans in utero ejus. Et repleta est Spiritu sancto Elizabeth, & exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim in facta est vox salutationis tue in auribus meis. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIO.

ACCEPTO virginis consensu mox Angelus celestia repetit, illa petit montana. Festinat invisere Elizabeth, non quasi incredula de oraculo, vel dubia de exemplo, sed ut læta pro voto, religiosa pro officio. Typicum pariter exemplum tribuens, quod omnis anima, quæ verbum Dei mente conceperit, virtutum statim celsa cacumina gressu conscendat amoris, quatenus civitatem Judæ, id est, confessionis & laudis arcem penetrare, & usque

ad per-

ad perfectionem fidei, spei & charitatis quasi tribus in ea mensuris valeat commorari.

Et intravit in domum Zacharia, & salutavit Elizabeth.] Dicte virgo humilitatem Mariæ, ut & corpore casta & peccatore postis esse devota. Visitat junior fenorem, salutavit uxorē Decet enim, ut quo castior virgo, eo sit humilior, & senioribus deferens habitum castitatis præconio commendat humilitatis. Aliter, Maria ad Elizabeth, Dominus venit ad Joannem: hæc ut Spiritu sancto repleatur, illius ut baptisina consecratur, majorumque humilitatio, minorum est utique exaltatio. Denique sequitur:

Et factum est ut audivit salutationem Maria Elizabeth, exultavit infans in utero eius, & repleta est spiritu sancto Elizabeth.] Vide distinctionem, singulorumque verborum proprietates. Vocem prior Elizabeth audivit, sed Joannes prior gratiam sensit, illa naturæ ordine audivit, iste exultavit ratione mysterii. Illa Mariæ, iste Domini sensit adventum. Iste gratiam loquuntur, illi intus operantur, pietatisque mysterium maternis adortur profectibus, duplicique miraculo prophetant matres spiritu parvulorum. Exultavit infans, & repleta mater est, non prius mater repleta quam filius, sed cum filius esset repletus Spiritu sancto, replevit & matrem.

Et exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.] Notandum quod præmissa de Christo propheta non rerum tantum miraculis, sed & verborum proprietate complectitur. Iste est enim fructus, qui David Patriarchæ sub iurejurando promittitur. De fructu ventris tui ponam super sedem meam. Simulque intuemus quod eadem voce Maria ab Elizabeth qua à Gabriele, benedicitur, quatenus & Angelis & hominibus veneranda, & cunctis merito feminis præferenda monstratur.

Et ante hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me?] Non quasi nescia perquirat, quod nimirum sancti Spiritus esse cognoscit, se videlicet à matre Domini ad pignoris sui profectum salutari: sed miraculi novitate percussa, non hoc sui meriti, sed muneris factur esse divini.

Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo.] Erubescit Elizabeth omnis parentis, quamdiu nesciebat mysterium religionis. Sed quæ occultabat se quia conceperat filium, jactare se cepit, quia generabat Prophetam. Et quæ ante erubescit, benedicit: & quæ dubitabat ante, firmatur. Ecce enim, inquit, ut vox salutationis tue facta est in auribus meis, exultavit gaudio infans in utero meo. Itaque magna voce clamavit, ubi Domini sensit adventum, quia religiosum credidit partum. Nulla enim causa erat pudoris, ubi Propheta ortus, data non affectata fidem generationis asceret.

Et beata que credidit, quoniam perficietur ea, quæ dicta sunt ei à Domino.] Videns non dubitasse Mariam, sed credidisse, & ideo fructum fidei consecutam. Beata, inquit, que credidit. Et verè beata quæ sacerdoti præstantior: cum enim sacerdos negasset, virgo correxit errorem. Nec mirum si Dominus redempturus mundum, operationem suam inchoavit à matre, ut per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore. Pariterque notandum quanta Elizabeth animum gratia Maria intrante ditavit, quem simul de præterito, præsentis atque futuro, per prophetiæ spiritum illustravit: dicens enim, *Beata que credidisti*, aperte indicat, quia verba Angeli quæ dicta ad Mariam fuerant, et per spiritum agnovit: atque subjungens, Perficietur ea quæ dicta sunt tibi à Domino, quæ etiam eam in futuro sequerentur, prævidit. Matrem verò Domini sui nominans, quia redemptorem humani generis in utero portaret, intellexit.

Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum. Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.] Tanto, inquit, me Dominus, tamque inaudito munere sublimavit, quod non ullo lingua officio explicari, sed ipso vix intimi pectoris affectu valeat comprehendere: & ideo totas animæ vires in agendis gratiarum laudibus offero, totum in contemplanda magnitudine ejus cui non est finis, quicquid vivo, sentio, discerno, gratulante impendo. Quia & ejusdem Jesu,

id est, salutaris spiritus meus æterna divinitate latatur, cuius mea caro temporali conceptione fecatur. Cui simile est illud Psalmista: *Anima autem mea exultavit in Domino, & delectabatur super salutari ejus.* Et ipse enim patrem filiumque pari venerabatur amore.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.] Cujus humilitas respicitur, rectè beata ab omnibus cognominanda gratulatur: sicut è contrario, cuius superbia despecta condemnatur. Evæ, id est, væ live calamitatis nomine multata tabescit. Decebat enim, ut sicut per superbiam prima nostra parentis mors in mundum intravit, ita denuò per humilitatem Mariæ, vitæ introitus panderetur.

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.] Ad initium carnis respicit, ubi dictum est: *Magnificat anima mea Dominum.* Solet quippe anima illa cui Dominus magna facere dignatur, dignis eum præconiis magnificare, & ad consortes ejusdem vocis ac propositi potest cohortando dicere: *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in invicem.* Nam qui Dominum, quem cognovit, quantum in se est magnificare, & nomen ejus sanctificare contempserit, *minimus vocabitur in regno celorum.* Sanctum autem nomen ejus vocatur, quia singularis culmine potentia transcendit omnem creaturam, atque ab universis quæ fecit, longè segregatur. Quod Græca locutione melius intelligitur, in qua ipsum verbum, quod dicitur *ἀγίων*, quasi extra terram esse significat: cuius etiam nos imitatione pro modulo nostro segregari præcipimur ab omnibus, qui non sunt sancti, nec Deo dedicati, dicente Domino: *Sancti estote, quia & ego sanctus sum.* Quicumque enim se consecraverit, merito extra terram & extra mundum videbitur. Potest enim & ipse dicere: *Super terram ambulantes conversationem in caelis habemus.*

Et misericordia ejus in progenies & progenies timentibus eum.] A specialibus se donis ad generalia Dei iudicia convertentes, totius humani generis statum describit, & quid superbi, quid humiles mereantur, quid filii Adæ per liberum arbitrium, quid filii Dei sint per gratiam, alternis versibus explicat. *Non ergo, inquit, soli mihi fecit magna qui potens est, sed & in omni gente & progenie, qui timent eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.*

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.] In brachio suo, in ipso Dei filio significat, non quod Deus pater figura determinetur carnis humanæ, eique filius tanquam membrum corporis hereat: sed quia omnia per ipsum facta sunt, ideo brachium Domini dictus est. Sicut enim tuum brachium, per quod operaris, sic Dei brachium dictum est ejus verbum: *quia per verbum operatus est mundum.* Cur enim homo brachium, ut aliquod operetur, extendit, nisi quia non continuò sit quod dixerit? Si autem tanta potestate prævaleret, ut sine ullo motu corporis sui quoddam diceret, fieret, brachium ejus, verbum ejus esset. Cum ergo audivimus Dei patrem esse Deum filium, non nobis obstrepat consuetudo carnalis, sed quantum illo donante possumus, Dei virtutem & sapientiam cogitemus, per quam facta sunt omnia.

Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes.] Quod dixit, In brachio suo, & quod præmisit, In progenies & progenies, his quoque *domine* per singula commata est annexendum versiculis: quia videlicet per omnes sæculi generationes & perire superbi, & humiles exaltari, pia justaque divini potentia dispensatione non cessant.

Suscipit Israel puerum suum memorari misericordiam.] Pulchrè puerum Domini appellat Israel, qui ab eo sit ad salvandum susceptus: obedientem videlicet & humilem, juxta quod Osée dicit: *Quia puer Israel, & dilexerunt.* Nam qui contemnit humiliari, non potest utique salutari, nec dicere cum Propheta: *Ecce enim Deus adjuvat me, & Dominus susceptor est anima meæ. Quicumque autem humilitaverit se sicut parvulus, hic est major in regno celorum.*

Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & semini ejus in secula.] Semen Abraham non carnale, sed spirituale significat: id est, non ejus tantum carne progenitos, sed live

Psal. 34.

Psal. 35.

Matth. 5.

Levit. 11.

I. Petr. 2.

Philip. 3.

Act. 10.

Ioan. 1.

Osée 11.

Psal. 33.

Matth. 18.

in circumfione, seu in præputio fidei illius vestigia secutos. Nam in præputio positus ipse credidit, reputatumque estei ad iustitiam. Atque ejusdem fidei signaculum circumfionem accepit, ut sic utriusque populi pater fieret per fidem, juxta quod Apostolus ad Romanos plenissime disseruit: *Adventus ergo Salvatoris Abrahæ est & semine eius in secula promissus*; hoc est, filii promissionis, quibus dicitur, *Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semen estis*, secundum promissionem hæredes. Bene autem vel Domini vel Joannis exortum matres prophetando præveniunt, ut sicut peccatum à mulieribus cepit, ita etiam bona à mulieribus incipiant: & quæ per unius deceptionem perit, duabus ceratim præconantibus mundo vita reddatur.

Rom. 4.

Galat. 3.

Gen. 3.

HOMILIAM EJUSDEM SUPER
eodem Evangelio require in festo Visitationis MARIÆ.

SABBATO QUATUOR
Temporum. Luca 3:

Anno quimdecimo imperii Tiberii Cesaris, procurante Pontio Pilato Judeam: tetrarcha autem Galilæa Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturie & Traconitidis regionis, & Lysania Abilina tetrarcha. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI
DE EADEM LECTIONE.

Herodes, Philippus & Lysanias, qui cum Pilato præfide Romano Judæam regebant, filii sunt Herodis illius, sub quo Dominus natus est, inter quos & ipsum Herodem Archelauum frater eorum decem annis regnavit: qui à Judæis ob intolerabilem animi ferocitatem apud Augustum criminatus æterno apud Viennam disperiit exilio. Regnum verò Judææ quo minus validum fieret, idem Augustus per tetrarchias discernere curavit. Porro Pilatus duodecimo anno Tiberii Cesaris in Judæam missus, procuracionem gentis suscepit, atque inibi per decem continuos annos usque ad ipsum penè finem Tiberii perduravit.

Sub principibus sacerdotum Anna & Caiphas, factum est verbum Domini super Ioannem Zacharia filium in deserto. Ambo quidem incipiente prædicationem Joanne, id est, Annas & Caiphas principes fuere sacerdotum: sed Annas illum annum, Caiphas verò eum quo Dominus cruce ascendit, administrabat: & quidem tribus aliis in medio pontificatu perfundis, verum his maxime qui ad Domini passionem pertineret, ab Evangelista commemoratis. Legalibus namque tunc præceptis vi & ambitione cessantibus, nulli pontificatus honor vita vel generis meritò reddebatur, sed Romana potestate aliis, nunc item aliis summa sacerdotii præstatur. Denique Josephus refert ad hunc modum dicens: *Valerius Gratus Anna sacerdotio deturbato, Ismaëlem pontificem designavit filium Bassi. Sed & hunc non multo post abiciens, Eleazarum Anania pontificis filium pontificatus subrogavit. Post annum verò etiam hunc arceat officio, & Simoni cuidam Canysi filio pontificatus tradidit ministerium. Quo non amplius & ipse quam unius anni spatio perfunctus, Iosephum, cui & Caiphas nomen fuit, accepit successorem, ac per hoc omne tempus, quo Dominus noster in terris docuisse describitur, intra quadriennium spatia coarctatur. In quo quatuor ista quas Josephus memorat, successiones Pontificum describuntur, vix per annos singulos ministrata. Quia ergo Joannes illum prædicare veniebat, qui & ex Judæa quoidam, & multos ex gentibus redempturus erat, per regem gentium & principes Judæorum prædicationis ejus tempora designantur. Quia autem gentilitas colligenda erat, & Judæa pro culpa perfidie dispergenda, ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit, quoniam & in Romana republica unus præfuisse describitur, & in Judæa regno per quartam partem plurimi principabantur. Voce enim nostri redemptoris dicitur: *Omne regnum in seipso divisum, desolabitur. Liqueat ergo quod ad**

Lib. 18.
cap. 4.

Luc. 11.

finem regni Judæa pervenerat, quæ tot regibus divisa subiacebat. Aperte quoque non solum quibus regibus, sed quibus etiam sacerdotibus actum sit demonstratur. Ut quia illum Joannes Baptista prædicaret, qui simul rex & sacerdos existeret, Lucas Evangelista prædicationis ejus tempora per regnum & sacerdotium designavit.

Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet, quia Joannes baptismum penitentiae non solum prædicavit, verum etiam quibusdam dedit, sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etiam peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur, *Prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum*: quoniam baptismum quod peccata solveret, quia dare non poterat, prædicabat. Ut sic incarnatum verbum patris præcurrebat verbo prædicationis, ita baptismum penitentiae, quo peccata solvantur, præcurrebat suo baptismate, quo peccata solvi non possunt.

Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ Propheta: Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Hisdem verò Joannes Baptista requisitus quis esset, respondit: *Ego vox clamantis in deserto*: qui ideo vox à Propheta vocatus est, quia verbum præibat, qui etiam in deserto clamat, quia derelicta ac desertura Judæa solatium redemptionis annunciat. Quid autem clamaret, aperitur cum subditur: *Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus*. Omnis qui fidem rectam & bona opera prædicat, quid aliud quam venienti Domino ad corda audientium viam parat? Ut hæc vis gratiæ penetret, & lumen veritatis illustret, ut rectas Deo semitas faciat, dum mundas in animo cogitationes per sermonem bonæ prædicationis format.

Omnia vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Quid hoc loco vallium nomine nisi humiles, quid montium & collium, nisi superbi homines designantur? In adventu igitur redemptoris vallis impleta, montes verò & colles humiliati sunt: qui juxta ejus vocem, *Omnia qui se exalcat humiliabitur: & omnis qui se humiliat, exaltabitur*. Vallis etenim impleta crescit, mons autem & collis humiliatus decrescit: quia nimirum in fide mediatoris Dei & hominum hominis Jesu Christi, & gentilitas plenitudinem gratiæ accepit, & Judæa per errorem perfidie hoc unde tumebat, perdidit.

Et erunt prava in directa, & aspera in vias planas. Prava in directa fiunt, cum malorum corda per iustitiam detorta ad iustitiam regulam diriguntur: & aspera in vias planas immutantur, cum immites atque iracundæ mentes per infusionem superne gratiæ ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Quando enim verbum veritatis ab iracunda mente non recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cum mens iracunda per acceptam mansuetudinis gratiam correptionis vel exhortationis verbum recipit, ibi planam viam prædicator invenit, ubi prius pro asperitate itineris pergere, id est, prædicationis gressum ponere non valebat.

Et videbit omnis caro salutare Dei. Quia omnis caro accipitur omnis homo, salutare Dei, videlicet Christum, in hac vita omnis homo videre non potuit. Ubi ergo in hac sententia Propheta Prophetiæ oculum, nisi ad extremi iudicii diem tendit? Ubi cum apertis caelis, ministrantibus Angelis, confidentibus Apostolis in sede maiestatis suæ Christus apparuerit, omnes hunc & electi & reprobi pariter videbunt, ut & iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, & iniusti in ultione supplicii in perpetuum gemant.

Esa. 40.

Luc. 3.

Esa. 40.

Ibidem.

Luc. 14.

Esa. 18.

Matt. 23.

Esa. 40.

Matt. 19.

Luc. 22.

DOMINICA IV. ADVENTUS
Domini. Joannis 1. Luca 3.

In illo tempore miserunt Iudei ab Hierosolymis sacerdotes & Levitas ad Joannem, ut interrogarent eum: Tu quis es? & confessus est, & non negavit. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM
LECTIONE.

Exultantem populo, & cogitationibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Joannes, dicens omnibus. Quomodo respondit eis qui exultabant de illo, & secreto in corde, quia Christus esset, cogitabant, nisi quia non solum cogitabant, sed etiam fecit alius Evangelista declarat, missis ad eum sacerdotibus ac Levitis an esset Christus, inquirebant. Unde patet Iudeis tunc fuisse notissimum secundum scripturas incarnationis dominicæ tempus adesse. Sed mira cæcitas, quod in Joanne spontè credebant, hoc in Salvatore tantis signis ac virtutibus approbato, & ipso etiam Joanne attestante non credere.

Ego quidem aqua baptizo vos, venit autem fortior me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus. Joannes non spiritu, sed aqua baptizat: quia peccata solvere non valens, baptizatorum corpora per aquam lavat, sed mentem per veniam non lavat. Cur ergo baptizat, qui peccata per baptismum non relaxat nisi ut præcursoris suæ ordinem servans, qui nasciturum nascendo prævenerat, baptizaturum quoque Dominum baptizando præveniret; & qui prædicando factus est præcursor Christi, baptizando etiam præcursor ejus fieret imitatione sacramenti. Mos autem apud veteres fuit, ut si quis eam quæ sibi competere, accipere uxorem noller, ille ei calceamentum solveret, qui ad hanc sponsus jure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Christus, nisi sanctæ Ecclesiæ sponsus apparuit? De quo & idem Joannes dicit: Qui habet sponsam sponsus est. Sed quia Joannem homines Christum esse putaverunt, quod idem Joannes negat, rectè se indignum esse ad solvendum corrigiam ejus calceamenti denunciavit. Ac si aperte dicat: Ego redemptoris vestigia denudare non valeo, quia sponsi nomen mihi immeritus non usurpo, quod tamen intelligi & aliter potest. Quia enim nesciat, quòd calceamenta ex mortuis animalibus fiant? Incarnatus verò Dominus veniens quasi calceatus apparuit, qui in divinitate sua morticina nostræ corruptionis assumpsit. Sed hujus incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Investigari enim nullatenus potest, quomodo corporatur verbum, quomodo summus vivificator spiritus intra uterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet, & exiit & concipitur. Corrigia ergo calceamenti, est ligatura mysteriorum. Joannes itaque solvere corrigiam calceamenti ejus non valet, quia incarnationis mysterium nec ipse investigare sufficit, qui hanc per prophetiæ spiritum agnovit.

Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Hoc est, & purgatione sanctificationis, & probatione tribulationis. Potest autem idem Spiritus sancti etiam nomine ignis significatus intelligi: quia & incendit per amorem, & per sapientiam corda quæ replet, illuminat. Unde & illi quibus dictum est, Quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabit in Spiritu sancto, idem baptismus spiritus in ignis visione percipiunt. Sunt qui ita exponunt, quòd in præsentem in spiritu, & in futuro baptizentur in igni: ut videlicet sicut nunc in remissionem omnium peccatorum, ex aqua & spiritu renascimur, ita & tunc de levibus quibusdam peccatis quæ hinc nobis euntibus adhæserint, purgatorii ignis ante ultimum judicium baptismate perimundemur, dicente Apostolo: Si quis superadificaverit super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam, unusquisque opus quæ sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superadificavit, mercedem accipiet: si

cuius opus asserit, detrimentum patietur. Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod quamvis & de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito possit intelligi, tamen si quis hoc de igne futura purgationis accipiat, pensandum sollicitè est, quia illum dixit posse per ignem salvari, non qui super fundamentum Christi, ferrum, æs vel plumbum edificat, id est, peccata maiora & duriora, atque tunc jam insubilia: sed lignum sanum, stipulam, id est, peccata minima atque levissima, quæ ignis facillè consumat. Hoc tamen sciendum est, quòd illic saltem de minimis nil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus, ut illic obtineat, promereatur.

Cujus ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream suam. Per ventilabrum, id est, paleam discretio iusti examinis; per aream vero præfens Ecclesia figuratur: in qua proculdubio, quod lugubre satis est, multi sunt vocati, pauci verò electi. Pauca grana supernis respicienda mansionibus in comparatione loliorum, quæ flammis sunt mancipanda perpetuis. Cujus areæ purgatio & nunc viriçini geritur, cum quisque perversus vel ob manifesta peccata de Ecclesia sacerdotali castigatione rejicitur vel ob occulta post mortem divina districtione damnatur: & universaliter in fine perficietur, quando mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno ejus omnia scandala. Ventilabrum itaque Dominus in manu, id est, iudicii discrimen habet in potestate: quia pater non iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio.

Et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. Et ipse Dominus parabolam boni feminis, cui superfeminavit inimicus homo zizania, ita terminavit ut diceret: Et in tempore messis dicam mesoribus meis: Colligite primum zizania, & alligatæ ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregatè in horreum meum: nimirum docens impios & peccatores gehennæ igni tradendos; sanctos verò cælesti gloria coronandos. Verum hoc inter paleas & zizania distat, quia palea non alio quam triticum femine prodeunt, quamvis à radicis bonæ nobilitate degenerent. Zizania autem non fructus solum merito discrepant, sed & diversâ prorsus origine procreantur. Quia palea sunt illi, qui eisdem cum electis fidei mysteriis imbuuntur, sed ab eorum solida perfectione vel operum levitate, vel perfidiæ vacuitate dissentiant. Zizania verò, qui ne audire quidem fidei verba dignantur, ideoque à bonorum sorte, & opere simul & professione secerantur. Et ita in agro mundi istius unus electorum, & duo sunt fructus reproborum: quia & omnia quæ inimicus seminat, flammis obnoxia sunt, & quod est gravius, plurima ex his quæ bonus fator jacit, aut à volatilibus rapta, aut sole arefacta, aut spinis suffocata, aut certè in paleas versa deperunt. Solum autem de terra bona creatum, & patientia digna probatum triticum, electorum cælestis vitæ recondetur in horreum. Quomodo iuxta aliam parabolam, non solum pisces, qui Apostolicæ fidei retia declinant, imis peccatorum obscuri resident in undis: verum multi ad litus usque discretionis extremæ inter bonos attracti, tunc ob suam nequitiam noxiam, exteriore mitti merentur in tenebras. Ignem autem gehennæ bifaria ratione inextinguibilem vocat: id est, quia neque ille perpetuò possit extinguì, neque eos quos cruciat unquam extincturus, sed immortalis (ut ita dixerim) sit morte plexurus, ad distinctionem videlicet illius sacratissimi ignis, quo electos Christi baptizandos esse præmiserat. De quo & Psalmista: Igne nos examinasti, ait, sicut igne examinatur argentum. Et paulò post: Non basimus in æternum, sed transivimus, inquit, per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Intrabo in domum tuam in holocaustis, id est, de vicis pressuram angustibus in gratiarum actione regni tui cælestis atria penetrabo: quæ nobis largiatur omnipotentis Dei patris filius, Amen.

Joan. 1.

Joan. 3.

Ag. 1.

I. Cor. 3.

Matt. 20

Matt. 13

Ibidem.

Joan. 5.

Matt. 13

Ibidem.

Marc. 4.

Luc. 8.

Matt. 13

Psal. 65.

DOMINICA INFRA OCTAVAM
Natalis Domini. Luca 2.

In illo tempore erat Ioseph & Maria mater Iesu, mirantes super his, quae dicebantur de illo. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM
LECTIONE.

Evangelista Lucas patrem Salvatoris appellat Ioseph, non quo verè juxta Fortunianos pater fuerit eius, sed quo ad famam Mariae conservandam pater sit ab omnibus estimatus. Neque enim oblitus Evangelista, quod eam de Spiritu sancto concepisse, & virginem peperisse narravit; sed opinionem vulgi exprimens, quae vera historiae lex est, patrem Ioseph nuncupat Christi. Quamvis & eo modo pater illius valeat dici, quo & vir Mariae rectè intelligitur sine commixtione carnis ipsa copulatione conjugii, multo videlicet conjunctius, quam si esset aliunde adoptatus. Neque enim propterea non erat appellandus Ioseph pater Christi, quia nemo eum concumbendo genuerat, quandoquidem rectè pater etiam ejus, quem non ex sua conjuge procreatum alicubi adoptasset.

Et dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Bene in resurrectionem, quia lumen est, quia gloria plebis Israel, quia dicit: Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis qui vivit & credit in me, non morietur in aeternum. Quomodo autem in ruinam, nisi quia & lapis offensivus est. & petra scandali? Id est, ruinae his qui offendunt verbum nec credunt, de quibus ipse dicit: Si non venissem & locus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui non in seipso tantum, sed in suis quoque praedicantibus in ruinam positus est, resurrectionemque multorum, testante Apostolo qui ait: Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salvati sunt, & in his qui pereunt. Qui enim praedicante Apostolo verbum quod audit, amando sequitur bono odore resurgit & salvatur: qui odiendo insequitur, eodem ipso odore bono corrumpit & moritur. Signum autem cui contradicetur, fidem Dominicae crucis accipere, de qua Apostolo Paulo dicunt Judaei: Nam de secula hac notum est nobis, quod ubique ei contradicatur. Et Apostolus ipse: Nos enim, inquit, praedicamus Christum crucifixum, Judaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Nulla docet historia beatam Mariam ex hac vita gladii occisione migrasse, praesertim cum non anima, sed corpus ferro soleat interfici. Unde restat intelligi gladium illum de quo dicitur: Et gladius est in labiis eorum, hoc est, dolorem Dominicae passionis ejus animam pertransisse. Quae etsi Christum in potè Dei filium sponte propria mori, mortemque ipsam non dubitaret esse devicturum, ut sua tamen carne procreatum, non sine doloris affectu potuit videre crucifigi. Nam & ferrum, quod animam Ioseph pertransisse canitur, nullum melius quam dura tribulatio mentis intelligitur.

Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Incertum erat quondam, qui Judaeorum gratiam Christi, quam venturam utrique noverant, recipere, qui autem respuerent mallent. At ejus nativitate audita revelatis mox cordium cogitationibus, Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Pastores cum timore & gaudio Deo laudem resonant, hominibus pacis nuncium pandunt. Ejus doctrina & virtute diffamata, alii ad eum quasi magistrum veritatis confluunt, alii ab eo quasi seductore refugiunt. Ejus signo crucis erecto, hi quasi justè morti datum blasphemantes irident, illi quasi vitae auctorem mori acriter dolent. Sed & usque hodie, & usque ad consummationem saeculi, praesentis Ecclesiae animam gladius durissimae tribulationis pertransire non cessat, cum signo fidei ab im-

probis contradici, cum audito Dei verbo multos cum Christo resurgere, sed plures à credulitate mere gemebunda pertractat, cum revelatis multorum cordium cogitationibus, ubi optimum Evangelii semen, ibi zizania victorum, vel plus justo prevalere, vel etiam, quod dictu grave est, sola germinare ac regnare conspiciat.

Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser: hac processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hac vidua usque ad annos octoginta quatuor, quae non discedebat de templo, jejunijs & obsecrationibus serviens nocte ac die. Juxta historiam devotae conversationis & venerandae pariter ætatis, dignaque per omnia, quae Domino incarnato testimonium ferret, Anna fuisse docetur. Juxta intellectum vero mysticum, quia Ecclesiam significat, quae in praesenti quasi sponsi dominique sui est morte viduata, numerus etiam annorum viduitatis ejus tempus Ecclesiae designat, quo in corpore constituta peregrinatur à Domino, magnaeque devotionis affectu caelestis templi limina servans, quotidianum illum Domini praefolatur adventum, de quo dicit: Venimus, & mansionem apud eum faciemus. Septies quippe duodeni octoginta quatuor faciunt. Et septem quidem ad hujus saeculi cursum, qui diebus septem voluit, duodecim verò ad perfectionem doctrinae Apostolicae pertinent. Ideoque sive universalis Ecclesia, seu quilibet anima fidelis, quae totum vitae suae tempus Apostolicis mancipare curat institutis, quasi septem per duodecim multiplicare, & typicis octoginta quatuor annis Domino fervire laudatur, sicut etiam tempus septem annorum, quo cum viro suo manserat, Dominicae Incarnationis temporis decentissime congruit. Sopenario namque, ut dixi, numero perfectio solet temporis indicari, sed ibi propter Dominicae privilegium majestatis, quo in carne versatus docuit, simplex septem annorum est numerus expressus: hic ob Apostolicae culmen dignitatis septem anni per duodecim multiplicantur. Arridet autem Ecclesiae mysteriis, quod Anna & gratia ejus interpretatur, & filia est Phanuel, qui facies Dei dicitur, cum Psalmographo decantans: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Et de tribu Aser, hoc est, beati, descendit, qui inter Patriarchas duodecim ordine nascendi est octavus, de quo numero, quia novo Testamento sit facer, crebrius est inculcatum.

Et hac ipsa superveniens consistebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Hierusalem. Prophetavit Simeon, prophetaverat copulata conjugio, prophetaverat virgo, debuit etiam vidua, ne aliqua aut professio deesset aut sexus. Et ideo Anna & stipendiis viduitatis & moribus talis inducitur, ut digna planè fuisse credatur, quae redemptorem omnium venisse nunciaret.

Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galileam in civitatem suam Nazareth. Praetermissit hoc loco Lucae quae à Matthaeo satis exposita noverat, Dominum videlicet post hæc, ne ab Herode necandus inveniretur, in Aegyptum à parentibus esse delatum, defunctoque Herode sic demum in Galileam reversum, Nazareth civitatem suam inhabitare cepisse. Solent enim Evangelistae singuli sic omittere quaedam, quae vel ab aliis commemorata viderint, vel ab aliis commemoranda in spiritu praeviderint, ut continuatae suae narrationis serie quasi nulla praetermississe videantur. Quae tamen alterius Evangelistae considerata scriptura quo loco transilata fuerint, diligens lector inveniat.

Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Notanda distinctio verborum, quia Dominus Jesus Christus in eo quod puer erat, id est, habitum humanae fragilitatis induerat, crescere & confortari habebat. In eo verò quod etiam verbum Dei, & Deus aeternus erat, nec confortari indigebat, nec habebat augeri. Unde rectissime plenus sapientia perhibetur & gratia. Sapientia quidem, quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter: gratia autem, quia eidem mediatori Dei & hominum, homini Jesu Christo magna gratia donatum est, ut ex quo homo fieri cœpisset, perfectus

Ioan. 1. esset & Deus. Cui simile est quod Joannes scribit, eum plenam gratiam & veritatem, eandem ipse divinitatis excellentiam veritatis, quam Lucas sapientiam nomine commendans.

Ezech. 1. Et iohannes parentes eius per omnes annos Hierusalem, in die solenni Pasche. ¶ Vides hunc Evangelistam inter animalia quatuor non frustra vitulo comparatum, qui quasi hostijs deputatum animal, circa templum maxime & Hierosolyma narrationis suae diverfatur incellu. Si quidem in principijs sacerdotem collocat ad aram orantem, populi multitudinem templi sistit in atrijs, Mariam mox Domino concepto Hierosolymam mittit, domum Pontificis intronitrit, ibi & Baptistam natum refert, & Dominum post nativitatem continuò cum hostia transfert, eundem illò singulis annis cum parentibus ducit, & duodennum in templo doctorum choris inserit. Ubi inter alia sapientiam stupenda dicit: *Quia in his quae patris mei sunt, oportet me esse.* Et post cetera talia laudantes Deum in templo discipulos in Evangelij sui fine concludit.

DOMINICA PRIMA POST EPIPHANIAM
Domini, id est, infra octavas, Lucæ 2.

In illo tempore cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascendens illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatis quibusdam diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognoverunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirerant eum inter cognatos & notos. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÉM LECTIÓNE.

Aperta est nobis fratres charissimi, sancti Evangelij lectio recitata, neque opus est ut in ea quid exponendo loquamur. Describit namque infantiam pueritiamque nostri redemptoris, quae nostrae particeps humanitatis dignatus est fieri; commemorat aeternitatem divinae maiestatis, in qua patri mansit, ac manet semper aequalis: ut videlicet incarnationis ejus humilitate ad memoriam revocata, & ipsi contra omnium vulnura peccatorum medicamentum veræ humilitatis curemus exercere, pio semper animo recolentes, quantum nos pro divino amore, quantum pro nostra salute oporteat humiliari, qui terra sumus & cinis, si tantum summa illa potestas pro nobis humiliari non respuit, ut ad suscipienda nostrae fragilitatis infirma descenderet. Item audita, credita & confessã divinitate Domini Salvatoris, qua patri & Spiritui sancto consubstantialis semper & coaeternus perseverat, speremus nos per humanitatis ejus sacramenta, quibus imbuti sumus, usque ad contemplandam divinitatis ejusdem gloriam posse pertingere, quam ipse suis fidelibus servis fideli pietate pollicetur, dicens: *Qui habet mandat a meo, & servat ea, ille est qui diligit me qui autem diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* Meipsum, inquit, manifestabo, id est, non qualem me omnes conspiciere, qualem etiam infideles videre possunt & crucifigere, sed qualem in decore suo regem seculorum soli videre possunt oculi mundi sanctorum, talem me ad rependendam vicem dilectionis his qui me diligunt, ostendam. Igitur speremus nos, ut diximus, per humanitatis ejus sacramenta ad videndam divinitatis speciem posse conscendere: si tamen eadem sacramenta digno iustitiae, & sanctitatis, & veritatis honore, ut accepimus, illibata servemus, si humanae conversationis ejus exempla, si doctrinam, quam per hominem nobis ministravit, humiliter dicta sequamur. Nam qui humilitatis ejus vestigia sequi dedignatur, qua temeritate sperat se ad intuenda claritatis ejus gaudia posse penetrare? Quod ergo Dominus per omnes annos cum parentibus in Pascha Hierosolymam venit, humanae nimirum est humilitatis indicium. Hominis est namque ad offerenda Deo sacrificiorum spiritualium vota concurrere, & auctorem suum orationibus lachrymisque sibi conciliare profusus.

Bedæ Tom. 7.

Fecit ergo Dominus inter homines homo natus, quod faciendum hominibus per Angelos imperaverat Deus. Servavit ipse legem quam dedit, ut nobis, qui puri homines sumus, servandum per omnia quicquid Deus jubet, ostenderet. Sequamur igitur iter humanae conversationis ejus, si deitatis gloriam delectamur intueri, si optamus habitare in domo ejus aeterna, in caelis omnibus diebus vita nostra, si libeat videre voluntatem Domini, & protegi à templo sancto ejus. Et ne ulla in aeternum malorum aura pulsamur, meminerimus praesentis Ecclesiae donum necessarijs precum munerum frequentare muneribus. Quod ipse duodenim in templo sedit in medio doctorum audiens & interrogans illos, humana est humilitatis indicium: imò etiam exitium discendi humilitatis exemplum; Dei quippe virtus, Dei sapientia aeterna, quae divinitus loquitur: *Ego sapientia habito in consilio, & eruditus inter sum cogitationibus.* Meum est consilium & aequitas, mea est prudentia, mea est fortitudo, per me Reges regnant, & conditores legum iusta decernunt. *Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei.* Ipsa homine indura ad audiendos homines advenire dignata est, ut nimirum hominibus, quam vis summo ingenio praeditis, necessariam discendi verbi formam praerogaret: ne si qui discipuli veritatis fieri refugerent, magistri efficerentur erroris. Et bene qui juvenis erat doctrinae subiturus officium, puerulus adhuc seniores audit & interrogat, ut videlicet eorum provida dispensatione compefcat audaciam, qui non solum indocti, sed etiam impubes ad docendum prorumpere magis, quam ad discendum volunt submittere. Sequamur iter ejus humanitatis, si nos mansio divina delectat visionis, memores semper illius praeccepti: *Audi filii mihi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuae, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Per auditum quippe disciplinae paterna legis gratia capiti nostro, & collo torques additur: quia quanto quis divinis intentus fuerit ascultare praecceptis, quanto ea quae didicerit in unitate matris Ecclesiae diligentius observare studuerit, tanto & nunc dignius ad honorem praedicandi, & in futuro sublimius ascendet ad beatitudinem cum Christo sine fine regnandi. Verum ne quis autemet Dominum salvatorem ob imperitiae necessitatem adijse, audisseque, & interrogasse magistros, videamus quid sequitur.

Stupebant autem omnes, qui eum audiebant super prudentia & responsis ejus, & videntes mirati sunt. ¶ Qui enim idem verus homo & verus erat Deus, ad ostendendum quia homo erat, homines magistros humiliter audiebat, & ad comprobandum quia Deus erat, eisdem frequentibus sublimiter respondebat. Quod matri quarenti ac dicenti:

Fili quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quaerebamus te (respondit) Et quid est quod me quaerebat? nesciebatis quia in his quae patris mei sunt, oportet me esse? ¶ Divinae maiestatis indicium fuit, de qua alibi dicit: *Omnia quaecumque habet pater, mea sunt;* atque ideo rectissime templum non minus ad se, quam ad patrem pertinere testatur. Inventus quippe in templo dicit, quia in his quae patris mei sunt, oportet me esse: quia nimirum quorum est maiestas & gloria, horum etiam una sedes ac domus est: nec solum materialis Dei domus, quae ad adorandum eum temporaliter figi solet, sed etiam domus intellectualis, quae ad laudandum eum in aeternum construitur, aequè Patri ac Filio, imò etiam Spiritui sancto constat esse communis. Denique idem filius, qui de se ac patre dilectiori suo promittit: *Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus,* dicit de Spiritu: *Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, spiritum veritatis, qui apud vos manebit, & in vobis erit.* Quia videlicet ejusdem sanctae Trinitatis, cujus una atque indivisibilis natura divinitatis est, mansio in cordibus electorum dispar esse non potest. Ergo quòd Dominus in templo sedens dicit, *In his quae patris mei sunt oportet me esse,* declaratio est consensu patris Deo patri potestatis & gloriae. Quod autem rediens Nazareth erat subditus parentibus, humana est veritatis indicium, simulque humilitatis exemplum.

I 3

in

Psal. 26

Prov. 8.

Prov. 8.

Ioan. 16.

Ioan. 14.

Ib. ide.

Joan. 14.
Psal. 8.

Joan. 1

In ea namque natura subditus erat hominibus, in qua minor est pater. Unde ipse dicit: *Vado ad patrem, quia pater major me est: in qua etiam minoratus est paulo minus ab Angelis.* In illa autem, in qua ipse & pater unum sunt, in qua non ex tempore vadit ad patrem, sed semper in ipso est, omnia per ipsum facta sunt, & ipse est ante omnes. Cujus multum est miranda magna dispensatio pietatis, qui dum parentes suos mysterium divinæ suæ majestatis necdum capere vidisset, exhibuit eis humanæ subiectionem humilitatis, ut per hanc eos paulatim ad agnitionem divinitatis instrueret. Cum enim dixisset, *Quid est quod me quærebatur? an nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet et me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos, sicut Evangelista consequenter insinuat.*

Descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illi. Dicebat ergo arcanum suæ divinæ virtutis parentibus humanæ suæ fragilitatis, matri suæ scilicet veræ suæ carnis, & castissimo tutori castitatis illius, qui per id temporis, nec dum prolata luce evangelica, ab omnibus pene qui eos nosse poterant, camali conjunctione vir ejus, carnali administratione pater estimabatur, simul & vocabatur ipse Dominus Salvatoris. Dicebat, inquam his, *Quia in iis quæ patris mei sunt, oportet me esse.* Qui cum arcem tanti mysterii ascendere intelligendo non possent, neque aliter eum in iis quæ verè patris ejus essent, manere decernerent, nisi ut comprehendere nosset, descendit ipse cum ipsis ad inferiora conversationis eorum, cœpitque manere in his, quæ illorum erant: & erat eis pia dispensatione subiectus, donec proficiente humilitatis magisterio, quantum omnibus creaturis esset præferendus, agnoscerent. Quid pro his nostris agat superbia, obsecro paucis attendamus. Certè cum ea, quæ non æternaliter novimus, sed juvante Domino ex tempore didicimus, arcana scripturarum, simpliciores quosque fratres, loquentibus nobis intelligere non posse sentimus, statim extolli consuescimus; eisque despectis de nostris quasi singulari ac perplurima eruditione jactamus, quasi non sint per plures etiam nobis multo doctiores: & qui à doctioribus nolumus despicere, ipsi indoctiores nobis despiciere, imò etiam irridere gaudemus: neque reminisci curamus, quia non eis qui vel mysteria fidei, vel sui præcepta conditoris tantum meditando percipiunt: sed his potius, qui ea quæ discere poterunt, operando exercent, regni aditus pater. Insuper etiam scienti bonum facere, & non scienti, peccatum est illi. Et sicut Dominus ipse testatur, *Omni cui multum datum est, multum quæretur ab eo.* Ne nos ergo scientia inflat, sed charitas potius ædificat: sequamur exemplum apparentis in homine filij Dei, qui eis, quos se ad sublimia discenda sequi necdum valere confexist, seipsum benigna humilitate subiecit, cujus exemplo imbutos eorum animos cœlesti gratiâ dignos, cœlestium arcani redderet esse capaces.

Et mater, inquit, ejus conservabat omnia verba, & conserens in corde suo. Omnia quæ de Domino, vel à Domino dicta sive acta cognoverat mater Virgo, diligentius in corde retinebat, sollicitè cuncta memoria commendabat, ut cum demum tempus prædicandæ sive scribandæ incarnationis ejus adveniret, sufficienter universa, prout essent gesta, posset explicare quærentibus. Imitemur & nos fratres mei, piam Domini matrem, ipsi quoque omnia verba & facta Domini ac Salvatoris nostri fixo in corde conservando, horum meditatione diurna & nocturna importunos inanium nocentiumque cogitationum repellamus incursum: horum crebra collatione & nos & proximos nostros à fabulis supervacuis, & male dulcoratis detractio-nium colloquijs castigare, atque ad divinæ frequentiam laudis accendere curemus. Si enim patres charissimi, in futuri beati tudine seculi habitare in domo Domini, ac perpetuo illum laudare desideramus, oportet nimirum & in hoc seculo, quod in futuro quæramus, sollicitè præmon-stremus: frequentando videlicet Ecclesiæ limina, & non solum in ea laudes Domini canendo, sed & in omni loco dominationis ejus ea, quæ ad laudem gloriamque conditoris nostri proficiant, verbis pariter ac factis ostendendo.

Et Iesus, inquit, proficiebat scientia, atate & gratia apud Deum.

& homines. Natura veræ humanitatis indicat, in qua proficere ad tempus voluit, qui in divinitate idem est, & anni ejus non deficient. Juxta hominis quippe naturam proficiebat sapientia, non quidem ipse sapientior ex tempore existendo, qui à prima conceptionis hora spiritu sapientiæ plenus permancbat; sed eandem, quæ plenus erat, sapientiam cæteris ex tempore paulatim demonstrando. Juxta hominis naturam proficiebat atate, quia de infantia ad pueritiam, de pueritia ad juventutem, consuetudo hominibus crescendi ordine pervenit. Juxta homini snaturam proficiebat gratia, non ipse per accessum temporis accipiendo, quod non habebat, sed pater agendo, quod habebat. Et bene cum dictum esset, *quia Iesus proficiebat sapientia, atate & gratia*, adiunctum est, *apud Deum & homines*: quia quantum proficiente atate hominibus sapientiæ & gratiæ, quæ sibi inerat, dona patefaciebat, tantum eos ad laudem Dei patris semper excitare curabat, peragens ipse quod cæteris agendum præcepit: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in calis est.* Atque ideo non solum apud homines gratia & sapientia proficere dicitur, in quantum ipsi ejus sapientiam gratiamque potuerunt cognoscere, sed etiam apud Deum, in quantum ad ejus laudem gloriamque, sapientiam ac gratiam, quam in eo cognoverat, retulerunt: cujus beneficijs ac numeribus æternis sit laus & gratiarum actio in omnia secula seculorum, Amen.

DOMINICA SECUNDA POST Epiphaniæ diem, Joannis 2.

In illo tempore nuptiæ factæ sunt in Cana Galilee, & erat mater Iesu ibi. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

QUOD Dominus noster atque Salvator ad nuptias vocatus, non solum venire, sed & miraculum ibidem, quo convivas lætificaret, facere dignatus est, exceptis cœlestium sacramentorum figuris, etiam juxta literam rectè fidei credentium confirmat. Porro Taciani & Marciani, cæterorumque qui nuptijs detraherent, perfidia quam sit damnabilis, insinuat. Si enim toro immaculato, & nuptijs debita castitate celebratis culpa inesset, nequaquam Dominus ad has venire, nequaquam eas signorum suorum initijs consecrare voluisset. Nunc autem, quia bona est castitas conjugalis, melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis, ad comprobendam omnium electionem graduum, discernendum tamen singulorum meritum, ex intemerato Mariæ virginis utero nasci dignatus est, à prophetico Anna viduæ ore mox natus benedicitur, à nuptiarum celebratoribus iam juvenis invitatus, & hos suæ præsentia virtutis honorat. Sed nunc redeamus ad altiorum cœlestium lætitiarum figurarum, Miracula namque facturus in terra Dei filius venit ad nuptias, ut ipsum se esse diceret, de quo sub typo solis Plasmista præcinuit: *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultavit ut gigas ad currendam viam, à summo caelo egressio ejus.* Et occursum ejus usque ad summum ejus. Qui & ipse quodam loco de se suisque fidelibus ait: *Nunquid possunt filij sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt.* Quia nimirum incarnationis nostri Salvatoris, ex quo patribus cœpit promitti, multis est sanctorum lacrymis & luctu semper expectata, donec veniret. Similiter ex quo post resurrectionem ascendit ad cœlum, omnis sanctorum spes ad ejus pendet reditum. Solo autem quo cum hominibus conversatus est tempore, flere ac lugere nequiverunt: quia iam secum etiam corporaliter eum, quem spiritualiter dilexerunt, habebant. Sponsus ergo Christus, sponsa ejus est Ecclesiæ, filij sponsi vel nuptiarum singuli quique fidelium ejus sunt: tempus nuptiarum est, tempus illud quando per incarnationis mysterium sanctam sibi Ecclesiæ fo-

Jacob. 4.
Luc. 12.
I. Cor. 8.

Psal. 101

Matt. 15

Luc. 2.

Psal. 18

Matt. 9.

ciavit. Non igitur casu, sed certi gratia mysterij venit ad nuptias in terra carnali more celebratas, qui ad copulandam sibi spiritali amore Ecclesiam de celo descendit ad terram: cujus quidem thalamus incorrupta genitricis uterus fuit, in quo Deus humana natura conjunctus est, & ex quo ad sociandam sibi Ecclesiam tãquam sponsus processit. Primus nuptiarum locus Iudæa exitit, in qua filius Dei homo fieri, & Ecclesiam sui corporis participatione consecrare, sui Spiritus pignore in fide confirmare dignatus est: sed vocatis ad fidem gentibus, usque ad fines orbis terræ eorundem nuptiarum votiva gaudia pervenerunt. Nec vacat à mysterio quod die tertia, post ea quæ superior Evangelij sermo descriperat, nuptia facta referuntur: sed tertio tempore sæculi Dominum ad aptandam sibi Ecclesiam venisse designat. Primum quippe sæculi tempus ante legem patriarcharum exemplo, secundum sub lege prophetarum scriptis, tertium sub gratia præconijs Evangelistarum quasi tertij diei luce mundo restulit, in quo Dominus & Salvator noster pro redemptoris generis humani in carne natus apparuit. Sed & hoc quod in Cana Galilææ, id est, in zelo transmigrationis, perpetrata eadem nuptia esse perhibentur, typicè denunciat eos maximè gratia Christi dignos existere, qui zelo fervere piæ devotionis, & amulare charissimata majora, ac de vitijs ad virtutes bona operando, de terrenis ad æterna norunt sperando & amando transigrare. Discumbente autè ad nuptias Domino, vinum defecit, ut vino meliori pro ipsulum mirabili ordine facto, manifestaretur gloria latetis in homine Dei, & credentium in eum fides aucta proficeret. Quod si mysterium querimus apparente in carne Domino, meraca illa legalis sensus suavitas paulatim ceperat ob carnalem Pharisæorum interpretationem à prisca sua virtute deficere, qui mox ea quæ carnalia videbantur mandata ad spiritalium convertit doctrinam, cunctamque literæ legalis superficie Evangelica celestis gratia virtute mutavit, quod est vinum fecisse de aqua. Sed primo studeamus indagare quid sit, cum deficiente vino diceret mater Iesu ad eum:

Vinum non habent. Respondit: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Neque enim matrem suam inhonoraret, qui nobis jubet honorare patrem & matrem: aut eam sibi esse matrem negaret, ex cuius carne virginea carnem suscipere non desipxit, etiam Apostolo teste, qui ait:

Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Quomodo ex semine David secundum carnem, si non ex corpore Mariæ secundum carnem, quæ ex semine David descendit? Sed in eo quod miraculum facturus ait: *Quid mihi & tibi est mulier,* significat se Divinitatis, qua miraculum erat parandum, nõ principium temporaliter accepisse de matre, sed per æternitatem semper habuisse de Patre. *Quid mihi & tibi,* inquit, *est mulier,* cui ex Divinitate, quam ex Patre semper habuit, cum tua carne, ex qua carnem suscepi, commune non est. *Nondum venit hora mea,* ut fragilitatem sumptæ ex te humanitatis moriendo demonstrarem: prius est ut potentiam æternæ Deitatis virtutes operando patefaciã. Veniet autem hora, ut quid sibi & matri commune esset ostenderet, cum eam moriturus in cruce discipulo virgini virginem commendare curavit. Carnis namque infirma peripiens, matrem, de qua hæc suscepi, piè cognitam, ei, quem maximè diligebat, discipulo commendavit, quam divina facturus quasi incognitam se nosse dissimulavit: quia hanc divinæ nativitate autorem non esse cognoscit.

Erant autem lapidee hydræ sex postea secundum purificationem Iudæorum, capientes singulae metretas binas vel ternas. Hydræ vocantur vasa aquarum receptui parata: Græcè enim *hydrap* aqua dicitur. Aqua autem Scripturæ sacræ scientiam designat, quæ suos auditores & à peccatorum sordibus abluere, & divinæ cognitionis solet fonte potare. Vasa sex quibus cõtinebatur aqua, corda devotã sunt sanctorum, quorum perfectio vitæ & fidei exemplum rectè vivendi ac credendi propolita est fidei humano per sex sæculi labentis arates, id est, usque ad tempus Dominicæ passionis. Et bene lapideæ sunt vasa: quia fortia sunt præcordia iustorum, utpote illius fide & dilectione solidata lapidis, quem vidit Daniel præcisum de monte sine manibus, factumque in

montem magnum, & implese omnem terram: & de quo dicit Zacharias: *In lapide uno septem ovis sunt,* id est, in Christo univegritas scientiæ spiritalis inhabitat, cuius & Apostolus Petrus meminit, dicens: *Ad quem accedentes lapidem vivum, & ipsi tanquam lapides vivi superedificamini.* Bene tunc dundum purificationem Iudæorum tantum politæ sunt hydræ: quia Iudæorum tantum populo *lex per Moysen data est.* Nam gratia Evangelij & veritas non minus gentibus, quam Iudæis per Iesum Christum facta est. Capientes, inquit, singulae metretas binas & ternas, quia Scripturæ sacræ auctores & ministri prophetæ, modò de Patre tantum loquuntur & Filio, ut est illud: *Omnia in sapientia secreti Virtus etenim Dei & sapientia Christus est.* modò etiam Spiritus sancti faciunt mentionem, iuxta illud Psalmographi: *Verbo Domini coelificati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Verbum Domini & Spiritum totam, quæ unus est Deus, intellige Trinitatem. Sed quantum inter aquam & vinum, tantum distare inter sensum illum, quo Scripturæ ante adventum Salvatoris intelligebatur, & eum quem veniens ipse revelavit Apostolis, eorumque discipulis perpetuo sequendum reliquit. Et quidem potuit Dominus vacuas implere hydras vino, qui in exordio humanae creationis cuncta creavit ex nihilo: sed maluit de aqua facere vinum, quo typicè doceret, non se ad solvendum improbandumque, sed ad implendum potius legem prophetasque venisse: neq; alia se per Evangelicam gratiam facere & docere, quam quæ legalis & prophetica Scriptura eum facturum docturumque signaret. Videamus ergo, sex hydras scripturarum aqua salutari repletas, videamus eandem aquam in suavissimum vini odorem gustumque conversam. In prima ætate sæculi Abel iustum fratrem invidens occidit: & ob hoc ipse perpetua martyrio gloria beatus, etiam in Evangelicis & in Apostolicis literis iustitiæ laudè accepit, & fratricida impius æternæ maledictionis poenas luit. Quicumque his auditis metuunt cum impijs damnari, cupientes benedici cum pijs, omnium odiorum & invidiæ fomitem abiciunt, Deo placere per sacrificium iustitiæ, modestiæ, innocentiæ ac patientiæ curat, vas plenum aquam in Scriptura inveniunt, unde salubriter ablutij potatique gaudeant. Sed si intellexerint Cain homicidam Iudæorum esse perfidiam, occisionem Abel passionem esse Salvatoris, terram quæ aperuit os suum, & suscepi ejus sanguinem de manu Cain, Ecclesiam esse, quæ effusum à Iudæis Christi sanguinem in mysterium suæ renovationis accepit, mirum aquam in vinum mutatam repererunt: quia sacræ dicta legis sacratius intelligunt. Secunda ætate sæculi inchoante deletus est aquis diluvij mundus, ob magnitudinem peccatorum: sed solus Noë, propter iustitiam est cum domo sua liberatus in arca. Hujus plagæ audita vastatione horribili, paucorumque liberatione mirabili, quisquis emendatus vivere ceperit, liberari desiderans cum electis, timens exterminari cum reprobis, hydram profecto aquæ, qua mundaretur vel resceretur, accepit. At verò cû altius respicere ceperit, & in arca Ecclesiam, in Noë Christum, in aqua delente peccatores aqua baptismi, qua peccata diluit in hominibus vel in animalibus, quæ arca cõtinebat, multifariam baptizatorum differentiã in columba, quæ post diluvium ramum olivæ intulit in arcam, unctionem Spiritus sancti, qua baptizati imbuuntur, intellexerit, vinum profecto de aqua factum miratur: quia in veteris historia facti suam abluitionem, sanctificationem, justificationem prophetari contemplantur. Tertia ætate sæculi Deus tentans obedientiam Abraham, filium unicum ejus quem diligit in holocaustum sibi offerri præcepit. Non differt Abraham facere quæ jubetur, sed pro filio immolatur aries: ipse tamen pro obedientiæ virtute eximia, perpetuæ benedictionis hæreditate donatur. Ecce habes hydrã tertiam. Audiens enim quãta virtus obedientiæ, quãta mercede remuneretur, & ipse obedientiam discere atque habere satagis. Quod si immolationem filij unici dilecti passionè ejus intelligis, de quo dicit Pater: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit:* in qua quia divinitate impassibili permanente, sola humanitas mortem passã est & dolorem, quasi filius offeritur: sed aries macratur. Si intelligis

Zach. 3.
1. Petr. 2.
Ioan. 1.
Psalm. 105.
1. Cor. 1.
Psalm. 32.
Matth. 3.

Exod. 20.
Rom. 1.
Ioan. 19.
Dan. 2.



benedictionem, quæ promissa est Abraham, in te de gentibus credendis munus esse completum, nimirum tibi de aqua vinum fecit, quia spiritalem sensum, cujus nova fragrantia inebriaris, aperuit. Quarta ætatis incipit David pro salute regnum Israhelica gentis fortitur, humilis, innocens & mitis, exul pro illo, cujus injusta diu persecutione cruciatur. Ecce hydria quarta fonte salutari repleta. Quisquis hæc audiens humilitati atque innocentia studeat, & superbiam coeperit, atque invidiam suo de corde repellere, quasi haustum aquæ limpidiſſimæ, quo reficitur, invenit. At si in Saul Iudæos persequentes, in David Christum & Ecclesiam significari cognoverit, illorum ob perfidiam, & carnale simul imperium & spiritale destrutum, Christi autem & Ecclesiæ regnum factum sentiet: quia se suamque vitam & regnum, sed & ipsum regem ibi scriptum legere novit, ubi prius quasi de alijs veterem legebat historiam. Quinta ætate seculi populus peccans captivitate Nabuchonosor Babyloniam transmigrauit: sed post septuaginta annos penitens & correctus, in patriam per Jesum sacerdotem magnum reducit: ubi domus Dei, quæ incensa est, & civitatem sanctam, quæ destructa est, reedificat. Hæc legens sive audiens quisque cum peccandi metu corripit, ad penitendi remedium confugit, aqua hydriæ purificantis ablutus est. Si verò intelligere didicerit Hierusalem, & templum Dei Ecclesiam Christi, Babylonem confusionem peccatorum, Nabuchonosor diabolum, Jesum sacerdotem magnum, verum æternumque pontificem esse Jesum Christum, septuaginta annos bonorum plenitudinem operum, quæ per Spiritus sancti dona largiuntur, videlicet propter decalogum & septiformem ejusdem Spiritus gratiam, videritque hoc quotidie fieri, alijs nimirum à diabolo de Ecclesia peccando raptis, alijs gratia Spiritus sancti per Christum respiciendo ac penitendo reconciliatis, vinum de aqua factum habet: quia ad se pertinere quæ scripta sunt intelligens, magna mox compunctionis ardore, quasi musto incalescens, quicquid sibi peccati captivantis inesse deprehenderit, per Christi gratiam liberari deponit. Sexta inchoante seculi ætate Dominus in carne apparet octava die nativitatis juxta legem circumcisus est, tricesima & tertia post hæc ad templum delatus, & legalia pro eo sunt munera oblata. Hæc intuentes ad literam, aperte discimus quæta nobis diligentia sunt Evangelicæ fidei subeunda mysteria, quando ipse benedictionem gratiæ afferens, qui legem literæ dedit, veterum primo ceremoniarum ritu consecrari, quo cuncta divinitus consecratur, & sic nova gratiæ sacramenta suscipere simul & tradere curavit. Ecce hydria sexta ad ablutendam peccati contagia, ad potandam vitæ gratia mundiorem ceteris afferens undam. Verum si in octavi diei circumcissione baptisma, quod in mysterium Dominicæ resurrectionis à peccatorum nos morte redemit, intelligis in inductione in templum, & oblatione hostiæ purificantis figuratum cognoscis, fideles quoque de baptisterio ad altare sanctum ingredi, ac Dominici corporis & sanguinis victima singulari debere consecrari, vino quidem de aqua facta, & quidem meracissimo donatus. Porro si circumcissionis diem ad generale humani generis resurrectionem, quando mortalis propago cessabit, & mortalitas tota immortalitate mutabitur, interpretaris: & circumcisos induci in templum cum hostijs intellexeris, quando post resurrectionem universali expleto judicio sancti jam incorruptiles facti, ad contemplantandam perpetuam speciem divinæ majestatis cum bonorum operum muneribus intrabunt: mirandum profecto, vinum de aqua fieri videbis, cuius conditoris rectè protestaris & dicas: *Esopculum tuum inebrians quàm præclarum est.* Ergo Dominus vinum in gaudia nuptiarum non de nihilo facere voluit, sed hydrias sex impleri aqua præcipiens, hanc mirabilem convertit in vinum: quia sex mundi ætates sapientia salutari largitate donavit, quam tamen ipse veniens sublimioris sensus virtute fecundavit. Nam quæ carnales carnaliter tantum sapiebant, ipse spiritualiter sentienda referavit. Vultis audire fratres, qualiter de aqua fecerit vinum? Apparuit

post resurrectionem suam duobus discipulis ambulantibus in via, ibatque cum illis, & incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Vultis iterum audire quomodo eodem sunt vino inebriati? Postmodum cognoscens quis esset, qui eis verbum vitæ propinabat, dicebat ad invicem: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in via & aperiret nobis Scripturas?*

Dicit ergo Jesus ministris: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Qui per ministros, qui hæc jubentur facere, nisi Christi signantur discipuli, qui impleverunt hydrias aqua? Non quidem ipsi præteritas mundi ætates legalibus, ac prophetis implendo scriptis: sed ipsi intelligendo prudenter, & apertendo fideliter: quia scriptura, quæ à prophetis ministrata est, & salubris esset ad haustum sapientiæ cælestis, & ad operum castigationem utilis, *Impleverunt autem eas usque ad summum*, quia rectè intellexerunt nullum fuisse tempus seculi à sanctis alienum doctoribus, qui sive verbis, sive exemplis, sive etiam scriptis vitam vitæ mortalibus panderent.

Et dicit eis: Ite, & haurite nunc, & ferte architrachino. Et tulerunt. Architrachinus aliquis legisperitus illius temporis est, fortasse Nicodemus vel Gamaliel, vel discipulus tunc ejus Saulus, nunc autem magister totius Ecclesiæ Paulus Apostolus. Et dum talibus verbum Evangelij creditur, quod in litera legis & prophetiæ latebat occultum, vinum utique architrachino de aqua factum propinatur. Unde convenienter perhibetur, quod architrachinus vocato sponso dixerit:

Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriatus fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. Quia doctorum est cognoscere distantiam legis & Evangelij, veritatis & umbræ, cunctisq; veteribus institutis, cunctis regni terreni promissis, novam Evangelicæ fidei gratiam, & perpetua cælestis patriæ dona proferre.

Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ, & manifestavit gloriam suam. Manifestavit hoc signo, quia ipse esset rex gloriæ, & idem sponsus Ecclesiæ, qui ut homo communis veniret ad nuptias, sed quasi Dominus celi & terræ elementa prout voluisset, converteret. Pulchra autem rerum convenientia, qui initio signorum, quæ mortalis adhuc mortalibus erat ostensus, aquam convertit in vinum: ipso initio signorum quæ immortalis jam per resurrectionem effectus, immortalitatis vitæ studia sola sectantibus ostenderet, camalem prius & quasi insipidum mentem eorum sapore scientiæ cælestis imbuat. Nam & primo consistens in terra, sui Spiritus munere *aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas:* & postmodum nullo eodem de cælis maiorem superni amoris simul & sapientiæ spiritualis fragrantiam eorum cordibus infudit: data insuper omnium cognitione linguarum, quibus universo orbi eam, quam perceperant, vitæ gratiam propinare sufficerent. Has ergo Christi & Ecclesiæ nuptias, fratres charissimi, quæ & tunc una in civitate figurabantur, & nunc universo celebrantur in orbe terrarum, tota mente diligamus harum gaudijs cælestibus indefessa bonorum operum intentione jungamur. Has quia per fidem vocati intravimus mundo dilectionis habitu, celebrare curemus, nostræque actionis simul & cogitationis maculas ante diem extremi discriminis ipsi sollicitius examinando diluamus: ne forte tunc ingrediens Rex, qui has suo filio nuptias fecit, si viderit nos nuptialem charitatis vestem non habere, eiciat nos, & ligatis à bene agendi facultate pedibus nostris ac manibus exteriores mittat in tenebras. Mundemus fides cordium nostrorum vascula secundum purificationem præceptorum cælestium, impleamus hæc aqua scientiæ salutari, sacræ lectioni crebrius attendendo. Rogemus Dominum ut ipsam, quam nobis scientiæ gratiam contulit [ne forte inflet] charitatis suæ fervore calefaciat, & ad superna querenda sola ac sapientia convertat: quatenus spiritualiter inebriati, possimus & ipsi cum propheta cantare: *Parasti nos vino compunctionis.* Sicque fit, ut nobis quoque bene proficientibus, & nunc ex parte pro ut capere sufficimus, & in futuro perfectè Jesus manifestet gloriam suam: in qua vivit & regnat cum patre in

Luc. 24.

Matt. 22.

Psal. 59.

unita te

unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

DOMINICA III. POST EPIPHANIAE diem, Lucæ 5. & Marci 1. & Matth. 8.

IN illo tempore, & factum est, cum esset Iesus in una civitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum & proci dens in faciem rogavit eum, dicens: Domine si vis, potes me mundare. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Bene tibi leprosus mundatur, certus non exprimitur locus, ut ostendatur non unum populum specialis alicujus civitatis, sed omnium populos fuisse sanatos. Et quia Dominus ait: Non veni solvere legem, sed adimplere. ille qui excludatur à lege, purgari se Domini potestate præsumens, non ex lege, sed supra legem esse gratiam judicabat, quæ leprosi maculam possit abluere. Verum ut in Domino potestatis auctoritas, ita in illo fidei constantia declaratur. Ille in faciem proci dit, quod humilitatis est & pudoris, ut unusquisque de sua vitæ maculis erubescat. Sed confessione, non verecundia non repressit, ostendit vulnus, remedium postulat: & ipsa religionis & fidei plena confessio est: si vis, inquit, potes me mundare. In voluntate Domini tribuit potestatem, de voluntate autem Domini non quasi pietatis credulus dubitavit, sed quasi coluvionis suæ conficius non præsumpsit.

Et extendens manum tetigit illum dicens: Volo mundare. Et confessum lepra discessit ab illo. Nilhil medium est inter opus Dei atque præceptum: quia in præcepto est opus. Denique dixit & facta sunt. Vides igitur quod dubitari non potest, quia voluntas Dei potestas est. Si ergo voluntas ejus potestas est, qui unius voluntatis asserunt, unius utique asserunt potestatis. Itaque quali habens potestatem sanandi, & jubendi auctoritatem, operandi testimonium non refugit. Volo enim dicit propter Formum, imperat propter Arrium, tangit propter Manicheum. Et lex quidem tangit leprosus prohibet: sed qui Dominus legis est, non obsequitur legi, sed legem facit. Non ergo ideo tetigit, quia sine tactu mundare non poterat, sed ut probaret quia subiectus non erat legi: nec contagium timeat ut homines, sed quia contaminari non poterat, qui alios liberabat, lepra tactu Domini fugaretur, quæ solebat contaminare tangentem. Simulque illud mirabile, quod eo sanavit genere quo fuerat obsecratus. Si vis, potes me mundare. Volo, inquit, mundare. Habes voluntatem, habes etiam pietatis affectum.

Et ipse præcepit illi, ut nemini diceret. Quare præcipitur nemini dicere, nisi ut doceret non vulganda nostra beneficia, sed præmenda: ut non solum à mercede abstineamus pecuniam, sed etiam gratiam.

Sed vade ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua sicut præcepit Moyses in testimonium illis. Ostendere se sacerdoti jubetur, ut intelligeret sacerdos cum non legis ordine, sed gratia Dei supra legem esse curatum. Offerre autem sacrificium, ut ostenderet Dominus, quia legem non solveret, sed impleret: qui secundum legem gradus supra legem sanaret eos, quos remedia legis non sanaverant. Et bene addidit in testimonium illis: hoc est, si Deo credant, si impietatis lepra discedat. Quod si quem moveret, quomodo Dominus Moisaicum videatur approbare sacrificium, cum id non receperit Ecclesia, meminerit nondum esse cœpisse sacrificium sanctum sanctorum, quod corpus ejus est. Nondum enim obulerat in passione holocaustum suum: Non autem oportebat auferri significantia sacrificia, priusquam illud quod significabatur, confirmatum esset contestatione Apostolorum prædicantium, & fide credentium populorum. Quia verò typicè vir iste peccatis languidum designat genus humanum, rectè non solum leprosus, sed & plenus lepra describitur: Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, illam scilicet, ut exten-

ta manu Salvatoris: hoc est, incarnato Dei verbo, humanamque contingente naturam ab erroris præi varietate mundentur, possintque cum Apostolis audire: *Sanus mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis*: & qui diutius abominabiles à populi Dei erant castis secreti, jam aliquando templo reddi, & sacerdoti queant offerri, illi utique cui dicitur: *Tu es factus erdos in æternum*. Audientes ab Apostolo: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos*. Offerantque pro emundatione sua sicut præcepit Moyses, id est, exhibeant corpora sua hostiam viventem, sanctam, Deo placentem. Verum meritò quaeritur, quidnam sit quod Dominus nonnulla, quæ gessit, abscondi iussit, & nec ad horam potuerunt abscondi. Nunquid enim unigenitus Filius Patri & Spiritui sancto cœternus, hac in re velle habuit, quod implere non potuit? Sed notandum quod Redemptor noster per mortale corpus omne quod egit, hoc nobis in exemplo actionis præbuit, Miraculum namque faciens & taceri iussit, & tamen taceri non potuit: ut videlicet electi ejus exempla doctrinæ illius sequentes, in magnis quæ faciunt latere quidem in voluntate habeant, sed ut profint aliis prodantur inviti: quatenus & magnæ humilitatis sit, quod sua opera taceri appetunt, & magnæ sublimitatis sit, quod eorum opera taceri non possunt. Non ergo Dominus voluit quicquam fieri & minimè potuit, sed quid velle ejus membra debeant, quidve de eis etiam volentibus fiat, doctrinæ magisterio exemplum dedit.

Subsequentis Evangelii textus legitur in Feria quinta Cinerum, Lucæ 7. Joan. 4. Matthæi 8.

Cum autem impleisset omnia verba sua in aures plebis, intravit Capharnaum. Hic intelligendum est, cum impleisset quidem omnia verba sua in aures plebis, intrasse Christum Capharnaum: hoc est, quia non ante quàm hæc verba terminasset intravit, sed non esse expressum post quantum temporis intervallum, cum istos sermones terminasset, intraverit Capharnaum. Ipso quippe intervallo leprosus ille mundatus est, quem loco suo Matthæus interponit, iste autem antea præoccupat.

Centurionis autem cuiusdam servus male habens erat moriturus, qui illi erat pretiosus. Quærit fortè aliquis vel pius ut inveniatur, vel impius ut reprehendatur, qua ratione Evangelista servum, qui non mortuus, sed sanatus subintravit, dixerit esse moriturum. Cui breviter respondendum, quia revera erat moriturus, si non Domini sui fide deprecantis, & Christi pietate miserentis fuisset redditus vitæ. Sic & Ezechias rex juxta quendam naturæ humanæ modum erat moriturus, cum veracis prophetae verbis audivit: *Dispone domus tuæ, quia mortuus tuus, & non vives*, sed oculo divinae providentiæ iudicio, quæ omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit, quindecim adhuc annorum vitam lachrymis precibusque nactus.

Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudeorum, rogans eum ut veniret, & salvaret servum ejus. Suprema dispensatione factum est, ut seniores Iudeorum mitterentur ad Dominum, hisque astantibus qui lægnerat sanaretur, quo inexcusabiles forent si credente viro gentili non crederent. Verum quaeritur quomodo conveniat, quod Lucas Centurionem nuncios misisse, Matthæus autem ipsum accessisse narrat ad Dominum? Sed piè quaerentibus facile patet, quod Matthæus brevitas causa dixerit ipsū accessisse, cuius desiderium & voluntas ad Dominum veraciter aliis licet deferentibus est perlata, mysticè etiam nobis commendans hoc, quod scriptum est: *Accedite ad eum, & illuminamini*. Nam quia fidem Centurionis qua vere acceditur ad Iesum, ipse ita laudavit ut diceret: *Non inveni tantam fidem in Israël*, ipsum potius accessisse ad Christum dicere voluit prudens Evangelista, quam illos per quos verba sua miserat. Porro autem Lucas ideo rotum quemadmodum gestum sit aperuit, ut ex hoc intelligere cogere mur, quemadmodum accessisse dixerit alius, qui mentiri non potuit. Sicut enim illa mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur, quam vis fibriam vestimenti ejus tenuerit, magis tamen

Matth. 5.

Pf. 148.

Lev. 14.

Rom. 3.

Joan. 15

Pf. 109. 1. Cor. 3. Rom. 12.

Matth. 8.

Esaiæ 38

Sap. 11.

Pfal. 33.

Marc. 5. Matth. 9. Luc. 8.

quia

211

quia credidit, tetigit Dominum, quam illa turba à quibus premebatur: ita & Centurio quo magis credidit, eo magis accessit ad Dominum.

Diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse edificavit vobis. Qui edificatam sibi à Centurione narrat synagogam, evidenter ostendunt, quia sicut nos Ecclesiam, sic etiam illi synagogam non conveniant solummodo fidelium, sed & locum quo conveniebant, sint appellare soliti, juxta quod & supra docuimus.

Iesus autem ibat cum illis. Magna Domini sublimitas, qui solo verbo curare valebat: sed non minor humilitas, qui servum dignatus est visitare languentem. Nam quasi potens & benignus, & rogatus salvere pergebat, & itineris medio rogatus dicto salvavit: ne videlicet ob importantiam virum, & non ob humilitatis exemplum corporaliter ire putaretur. Alibi ad sanandum reguli filium venire noluit, ne divitias honorasse videretur; hic ne conditionem sprevisse servilem, ad Centurionis famulum mox ire consensit.

Ioan. 4.

Et cum jam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos dicens: Domine noli vexari, Non enim sum dignus ut sub tectum meum intres. Propter vitæ gentilis conscientiam, gravari se magis dignatione putavit Domini, quàm juvari, nec posse habere hospitem Christum: Cujus etsi fide præditus, nondum tamen erat sacramentis imbutus. Sed quia quæ nostra infirmitas non præsumit, divina gratia dare novit, & alius Centurio, qui sicut & iste credentem ex gentibus popululum præfiguratur, magnæ fidei & justitiæ merito Spiritus sancti domum priusquam baptizaretur accepit, & iste necdum catechizatus & fidem suam laudari à Domino, & famulum salvari promeruit. De quo pulchre per allegoriam dicitur, quia Jesum non longè haberet à domo, tamen sub tectum suum invitare non auderet, quia propè timentibus eum salutare ipsius. Et qui naturali lege rectè utitur, quo bona que novit operatur, eo illi qui verè bonus est appropriat. At qui errori gentilitatis etiam crimina junxerunt, his aptari potest quod confluentibus ad se turbis alibi Dominus ait: *Quidam enim ex his de longè venerunt.*

Psa. 84.

Marc. 8.

Propter quod & me ipsum non sum dignum arbitrari, ut venirem ad te. Et nos qui de gentibus credimus, non ipsi ad Dominum venire possumus, quem nunc in carne videre nequaquam valemus; sed quicunque passionem nostram servitutis agnovimus ad residentem in dextera patris, jam per fidem accedere debemus, jam seniores Iudeorum mittere: hoc est, summos Ecclesiæ viros, qui nos ad Dominum præcesserunt, suppliciter obsecrando patronos acquirere, qui nobis testimonium reddentes quod diligamus Ecclesiam, & quantum in nobis, edificare curemus, pro nostris apud Dominum nostrorumque peccatis intercedant.

Sed hic verbo, & sanabitur puer meus. Magna fides Centurionis, qua verbi opus in Christo confitetur, & nostræ sanationis accommoda mysteriis, qui etsi noveramus secundum carnem Christum, sed jam nunc non novimus.

Nam ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites. Hominem se & potestati, vel tribuni vel præsidis subditum dicit, imperare tamen posse minoribus: ut subaudiatur cum multo magis, qui Deus sit, & super omnia potens, innumeram virtutis angelicæ, quæ ad imperata obtemperet, habere militiam.

Et dico huic vade & vadit, & alii veni & venit, & servo meo fac hoc & fa. it. Vult ostendere Dominum quoque non per adventum tantum corporis, sed & angelorum ministeria posse implere quod vellet. Repellendæ enim erant vel infirmitates corporum, vel fortitudines contrariæ, quibus homo ad debilitatem sæpè conceditur, & verbo Domini & ministeriis Angelorum. Aliter, Milites & servi, qui Centurioni obediunt, virtutes sunt naturales, quarum non minimam copiam multi ad Dominum venientes secum deferunt. De quibus in Cornelii Centurionis latè dicitur: *Quia erat vir justus & timens Deum cum omni domo sua, faciens elemosinas multis plebi, & deprecans Deum semper.*

Actu. 10.

Quo audio, Iesus miratus est. Miratus est quod vidit Centurionem suam intelligere majestatem. Sed quis in illo fecerat ipsam fidem vel intelligentiam, nisi ipse qui eam mirabatur? Quod si & alius eam fecisset, quid miraretur qui præcius erat? Notandum ergo, quia quod miratur Dominus, nobis mirandum esse significat, quibus adhuc opus est sic moneri. Omnes enim tales motus cum de Deo dicuntur, non perturbati animi signa sunt, sed docentis magistris.

Et conversus sequentibus se turbis dixit: Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem invenit. Non de omnibus retro Patriarchis & Prophetis, sed de præsentis avi loquitur hominibus. Quibus idè Centurionis fides antefertur, quia illi legis prophetarumque monitis edocti, hic autem nemine docente sponte credidit.

Et reversus qui misit fuerant domum, invenerunt servum qui languerat, sanum. Probatur fides Domini, & servi sanitas roboratur. Potest ergo Domini meritum etià famulis suffragari, non solum fidei merito, sed etiam studio disciplina. Plenius sanè hæc explicat Mathæus, quod dicente Domino Centurioni: *Vade & sicut credidisti sicut tibi, sanatus sit puer ex illa hora:* sed beato Lucæ moris est, quæ plena viderit ab aliis Evangelistis exposita brevitate, vel etiam de industria prætereire; quæ verò ab eis omissa vel breviter cognoverit atata, dilucidare solertius. Mylticè, ut dixi, Centurio, cujus fides Israël præfertur, electos nimirum ex gentibus ostendit, qui quasi Centenario milite stipati, virtutum spirituum sunt perfectione sublimes, nihilque à Domino terrenum, sed sola æternæ salutis gaudia sibi suisque requirunt. Numerus enim cætenarius, qui de lava transfertur ad dexteram, in cælestis vitæ significatione poni consuevit. Unde est quod arca Noe centum annis fabricatur, Abraham centenarios filium promissionis accepit: servit Isaac, & invenit in ipso anno centuplum: acrum tabernaculi centum cubitos longum est, in cælestimo Psalmo: *inferior corda & iudicium Domino cantatur,* & cætera huiusmodi. Talis ergo meriti viri pro his necesse est Domino supplicent, qui adhuc spiritu servitutis in timore premuntur, quatenus eis paulatim ad sublimiora provectis, perfecta dilectio foras mittat timorem.

Matt. 8.

Genes 6
Gen. 17.
Gen. 26.
Exod. 27
Ps. 100.

Joan. 4.

DOMINICA IV. POST EPIPHANIAE
diem. Luc. 8, Mathæi 8, Marci 4.

In illo tempore, factum est una die, & Iesus ascendit in naviculam, & discipuli epeus. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

*In hac navigatione Dominus utramque unitus ejusdemque personæ naturam dignatur ostendere, dum is qui ut homo dormit in navi, furorem maris ut Deus verbo coerces. Porro juxta allegoriam mare sive stagnum, quod cum suis transire desiderat, tenebrosus amarumque seculi præsentis accipitur ætus. Navicula autem quam ascendunt, nulla melius quàm Dominicæ passionis intelligitur arbor: cuius beneficio quique fideles adjuti emensis mundi fluctibus habitationem patriæ cælestis quasi stabilitate securi littoris obtinent. Quod autem ipse in unam naviculam cum discipulis Salvator ascendit, alibi quid significet aperit, cum prænotiati suæ passionis resurrectionis que mysterio mox dicebat ad omnes: *Si quis vult post me venire, abneget seipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.**

Luc. 9.

Matt. 10.

Marc. 8.

Marci 4.

Et descendit procella venti in flagnum, & complebantur & periclitabantur. J. Domino puppi crucis, qua somnum mortis caperet ascendente, fluctus blasphemantium persecutorum demoniacis excitati procellis affurgunt: quibus tamen non ipsius patientia turbatur, sed discipulorum imbecillitas concutitur, trepidat, periclitatur.

Accedentes autem suscitaverunt eum, dicentes: Praceptor perimus. J. Suscitant Dominum discipuli, nec eo dormiente fluctuum feritate dispareant: quia cujus mortem viderant, maximis votis resurrectionem quaerebant: noli dicitus ipse morte carnis sopiretur, eorum mens spiritali in perpetuum morte periret. unde bene sequitur:

At ille surgens increpavit ventum & tempestatem aqua: & cessavit, & facta est tranquillitas. J. Ventum quippe surgens increpavit, quia resurrectione celebrata diaboli superbiam stravit, dum per mortem destruit eum, qui habebat mortis imperium. Tempestatem quoque aquae surgens cessare fecit: quia vesaniam Judaeorum rabiem, quae caput quatiens clamaverat: si filius Dei es, descendat nunc de cruce, & credimus ei, de sepulchro surgendo labefecit. Ubi juxta litteram notandum, quod omnes creaturae sentiant creatorem. Quibus enim increpatur & imperatur, sentiunt imperantem: non errore hereticorum, qui omnia putant animantia, sed majestate conditoris, quae apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt.

Dixit autem illis: Nisi estis fides vestra? Recte arguuntur, qui praesentes Christo timebant, cum utique qui ei adhaeserit, perire non possit. Cui simile est quod post mortis somnum discipulis appareret, exprobravit incredulitatem illorum, & duritiam cordis, quia is qui viderant eum resurrexisse, non crederunt. Itemque dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt Prophetae. Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Ac si per metaphoram navigii diceret, Nonne oportuit Christum soporari undis navem, in qua quiescebat hinc inde verrentibus, & ita sedatis extemplo tumidis gurgitum cumulis divinitatis suae cunctis patefacere potentiam?

Qui timentes mirari sunt, dicentes ad invicem: Quis putas hic est, quia & ventis imperat & mari, & obediunt ei. J. Mattheus ita scribit: Porro homines mirari sunt, dicentes: Quis est hic? &c. Non ergo discipuli, sed nauta & ceteri, qui in navi erant, mirabantur. Sin autem quis contentiosè voluerit, eos qui mirabantur, fuisse discipulos, rectè respondebimus homines appellatos, qui necdum potentiam novebant Salvatoris. Et nos quoque singuli cum signo Dominicae crucis imbuti seculum relinquere disponimus, navem quoque cum Jesu conscendimus, stagnum transfretare conamur. sed qui non dormitavit, neque obdormierit custodiens semper Israel, nobis tamen saepe navigantibus, quasi inter aquosis fremitus obdormit, quando crebrescente inter medios virutum Nilus, vel immundorum spirituum, vel hominum pravorum, vel ipsi nostrarum cogitationum impetu fidei splendor obtenebrescit, spei celsitudo contabescit, amoris flamma refrigescit. Verum inter hujusmodi protellas, ad illum necesse est gubernatorem curramus: illum seduli excitemus qui non serviat, sed imperat ventis. Mox tempestates compescet, resundet tranquillitatem, portum salutis indulgebis. Libet inter haec paucis discussula Apostolici navigii veritate, qualiter bonos suum secretum juvet, malorumve permixtio turbet, inveni, Ecce enim, ut à perfectionibus inchoemus, post celebrata Dominicae resurrectionis solennia, septem electi discipuli navem piscaturi ascendunt: & quia non longè à terra perpetuae quietis, sed quasi cubitis ducentis aberant, hoc est, tantum mundo animum, quantum gemina dilectio poscebat, apposuerant, quia se Petrus negotiis secularibus exierat, jam Dominum in litore mortalitatis stantem cernere, jam cum illo epulari, jam mane supernae lucis aspirante mystico, magnorum piscium numero sua recia impleta, nec tamen rupta suscipere, atque infimis faucibus fluctibus extrahere merentur. Alibi Petrus, ut supra legitur, jubente Domino recia laxat in capturam, pisciumque comprehendit multitudinem copiosam: sed quia ipse fragilis adhuc animi fuerat, ita ut Christo tremens di-

ceret: Exi à me, quia homo peccator sum Domine, & recia tunc rupta sunt, & si non socii adjuvissent, navem etiam mersa subsiderent. Item in hoc loco discipuli cum Domino navem conscendunt, mare adeunt: sed quia intererat & Judas, & Dominus in puppi, quae sedes erat gubernanti, dormisse, & ventus pontusque deforis faville perhibentur. Nam et si multa illic discipulorum merita navigabant, tunc adhuc eam perfidia proditoris agitabat: & qui suis meritis firmi fuere, turbabantur alienis. Item Paulus cum fratribus Hierosolymam navigans, & diem Pentecosten ibi, spiritusque sancti gaudia celebrare festinans, recto cursu cuncta peragrat, Porro ab Hierosolymis Romam relegatus, quia cum infidelibus iter agit, mare furit, venti refragantur, imber imminet, frigora fatigant, astra obtubilant, terra negatur, triticum in mare jactatur, navis armamenta tolluntur: ipsa postremo navis arenis illisa dissolvitur, nautae quam non agnoscunt terram, nando petunt: & qui seculi undas onerati cupiditatibus subierant, eodem adversante seculo vix nudi evadunt, juxta quod idem Apostolus ait: Ipse autem salvus erit, sua tamen quasi per ignem.

DOMINICA IN SEXAGESIMA. Luca octavo, Matth. 13, & Marci 4.

In illo tempore, cum turba plurima conveniret, & de civitatibus properarent ad Jesum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres caeli comederunt illud. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Hanc parabolam Dominus ideo per se ipsum exponere dignatus est, ut figuratè se loqui innotesceret, rerumque significaciones in eis etiam, quae per semetipsum noluit explanare, doceret esse quaerendas. Sed quia semen quod verbum Dei sit, tertanque variam quod diversum cor auditorum significet, ipse Dominus aperuit, latorem quem nobis quaerendum reliquit, nullum melius quam filium Dei intelligere possumus. Qui exiit seminare semen suum, quia de sinu patris, quod creatura non erat accessus egrediens, ad hoc venit in mundum, ut testimonium perhiberet veritati. Unde bene juxta Evangelistas alios hanc parabolam dicitur, de domo exiisse, mare adisse, navem incendisse perhibetur: ipsum nimirum situ corporis, quod processu sermonis insinuat.

Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres caeli comederunt illud. J. Quae Dominus exposuit, pia fide suscipienda sunt: quae autem tacita nostrae intelligentiae dereliquit, perstringenda sunt breviter. Semen quod secus viam cecidit, duplici lesura disperit, & à viantibus scilicet conculcatum, & à volucris raptum. Via est ergo cor sedulo malarum cogitationum transitu attritum atque arefactum, ne verbi semen excipere ac germinare sufficiat. Atque ideo quicquid boni seminis vicinia talis via contingit, pessima cogitationis meatu conculcatum à demonibus eripitur: qui volucres caeli, sive quia caelestis spiritalisque sint natura, seu quia per aera volitant, appellantur.

Et aliud cecidit super petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. J. Petram hic rectè dicitur & indomitum cor, ac nullo vere fidei vomere penetratum. Hoc est autem humor ad radicem seminis, quod juxta aliam parabolam oleum ad lampades virginum nutriendas, id est amor & perseverantia virtutis.

Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. J. Fructum centuplum, fructum perfectum dicit: nam denarius numerus pro perfectione semper accipitur, quia in decem praeceptis legis custodia continetur. Activa enim & contemplativa vita simul in decalogi mandatis conjuncta est, quia in eo & amor Dei, & amor servari proximi jubetur. Amor quippe Dei ad contemplativam, amor verò proximi pertinet ad activam. Denarius au-

Actu. 20

Actu. 27

1 Cor. 3.

Joan. 18.

Matth. 13

Marci. 4.

Matth. 25

Matth. 27

Luc. 16

Luc. 23.

Matth. 16

Luc. 24.

Matth. 8.

Ps. 110.

Luc. 5.

215

tem numerus per semetipsum multiplicatus, in centenarium surgit. Unde recte per centenarium magna perfectio designatur: sicut de illo qui sua pro Domino terrena relinquit, dicitur: Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Quia quisquis pro Dei perfectionem mentis recipit, ut jam ea non appetat quæ contemnit, & in sequenti seculo ad æternam vitæ gloriam pervenit. Terra ergo bonæ fructu centuplo fecundatur, quando cor docile virtutum spiritualium perfectione donatur.

Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.]

Quoties hæc admonitiuncula, vel in Evangelio, vel in Apocalypsi Joannis interponitur, mysticum esse quod dicitur, quærendumque à nobis intentius ostenditur.

Interrogabam autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola.] Nemo putet finita mox parabola, discipulos hæc interrogasse Salvatorem: sed, ut Marcus ait: *Cum esset singularis, interrogaverunt eum in, qui cum eo erant duodecim, parabolam.*

Et dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant.] Marcus ita dicit: *Illo autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt.* Ideoque & nos cum discipulis Christi intremus in sanctuarium Dei, ut intelligamus novissima mysteriorum regni Dei. Nam qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius, dicentes cum Psalmista: *Revela oculos nostros, & considerabimus mirabilia de lege tua.* Rectè itaque in parabolis audiunt & in enigmate, qui clausis sensibus cordis, neque intrare, neque curant cognoscere veritatem, oblii Dominicæ præceptionis, *Qui habet aures audiendi, audiat.*

Qui autem secus viam, sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant.] De hoc semine Marcus ita scribit: *Hi autem sunt qui secus viam ubi seminatur verbum, & cum audierint, confestim venit Sathanas & auferit.* Matthæus ita: *Omnia qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus & rapit.* Ex quo manifestè docetur, eos circa viam seminatos, qui verbum quod audiunt, nulla fide, nullo intellectu, nulla saltem tentante utilitatis occasione percipere dignantur. Porro super petrosâ & in spinis, ut Dominus exponit, seminantur hi, qui auditum quidem verbi, & utilitatem probant, & desiderium gustant: sed ne ad id quod probant, perveniant, huius vitæ eos vel adversa terrendo, vel prospera blandiendo, retardant. Contra que utraque damna semen quod acceperat, tutari curabat, qui ait: *Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per insulam & bonam famam, ut seductores & veraces.* His ergo tribus terræ generibus cito omnes, qui verbum non faciunt, esse designatos: à quibus omnibus, qui semen acceptum servat, terra bona est: accipiuntur sanè Judæi & gentiles, qui ne audire quidem merentur.

Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.] Mirum, quomodo Dominus spinas divitias interpretatus sit, cum illæ pungant, istæ delectent. Et tamen spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctationibus mentem lacerant: & cum usque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere creuant. Quas bene hoc in loco, alio Evangelista testante, nequaquam Dominus divitias, sed fallaces divitias appellat. Fallaces enim sunt, quæ nobiscum diu permanere non possunt. Fallaces sunt, quæ mentis nostræ inopiam non expellunt. Solæ autem divitiæ veræ sunt, quæ nos divites virtutibus faciunt. Notandum verò est, quod exponens Dominus dicit, *Quia sollicitudines & voluptates suffocant.* Suffocant enim, quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant: & dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum flatus vitalis necant. Notandum etiam quod duo sunt quæ divitiis jungit, sollicitudines videlicet & voluptates. Quia profectò & per curam mentem opprimunt, & per airtuentiam resolvunt. Re enim contraria possessores suos & afflictos & lubricos faciunt. Sed quia voluptas convenire cum afflictione non potest, alio quidem tempore per custodia suæ sollicitudinem

affligunt, atque alio per abundantiam ad voluptates emolliunt.

Quod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.] Bona terra, ut prædiximus, omnibus tribus terræ nequam varietatibus contraria facit, & libenter videlicet semen verbi suscipiendo, & quod suscipit, inter adversa & prospera patienter ad fructus usque tempora servando. Aliter, Bona terra fructum per patientiam reddit: quia scilicet nulla sunt bona, quæ agimus, si non æquamiter proximorum mala toleramus. Quanto enim quisque altius profecerit, tanto in hoc mundo invenit quod durius portet: quia dum à præsentis seculo adversitas crescit. Hinc est enim, quod plerisque cernimus & bona agere, & tamen sub gravi tribulationum fasce desudare: sed juxta vocem Domini, fructum per patientiam reddunt, quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Quod verò secundum Matthæum dicitur: *Et fructum afferit, & facit aliud quidem centum, aliud autem sexaginta, porro aliud triginta: triginta referuntur ad nuptias.* Nam & ipsa digitorum conjunctio, quasi molli osculo se complexans & fœderans, maritum pingit & conjugem. Sexaginta ad viduas, eo quod in angustia & tribulatione sint positæ, unde & in superiore digito deprimitur. Quantoque major est difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto majus & præmium. Porro centesimus numerus (quæso, diligenter lector attende) à sinistra transfertur ad dexteram, & eiusdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in lava manu nuptæ significantur, & viduæ, circulum faciens exprimit virginitatis coronam. Aliter, Fructum tricentum verbum profert, quod fidem sanctæ Trinitatis adificat: sexagesimum, quod operis perfectionem docet, quia sex dies sunt, in quibus oportet operari: centesimum, quod ad dexteram regni vitam prædicat æternam.

DOMINICA IN QUINQUAGESIMA.
Lucæ 18, Matth. 20, & Marc. 10.

In illo tempore, Assumpsit Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolimam, & consummabuntur omnia que scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim genibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur; & postquam flagellaverint, occident eum, & die tertiarum resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum illud absconditum ab eis, & non intelligebant que dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÉM LECTIÓNE.

PRevidens Salvator ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longè ante & ejusdem passionis penam, & resurrectionis suæ gloriam prædicit, ut cum morientem, sicut prædictum esset, cernerent, etiam resurrectionem non dubitent. Prævidens etiam quosdam hæreticos in Ecclesia futuros, qui Christum dicerent legi prophetique docuisse contraria, aliumque veteris testamenti, atque alium novi Deum esse credendum, ostendit prophetarum præfagia non aliò magis, quam ad suæ dispensationis, quam pro nobis temporariè suscipit, intendisse mysterium: adeo, ut consummatio sit prophetiæ suæ passionis, & posterioris gloriæ celebrata perfectio. Necnon & paganorum dementia, quæ ejus crucem derident, apertissimè confutat, quando proximæ suæ passionis & tempus, quasi futurorum præficus ostendit, & locum quasi mortis intrepidus adit.

Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant que dicebantur.] Legimus in Evangelio secundum Joannem, dicente Domino: *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, respondebit turbam, atque dixisse: Nos audivimus ex lege, quia Christus*

manet

manet in aeternum. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quid est ergo quod discipuli toties sibi replicatum Dominice passionis arcanum intelligere nequeunt, & Judaei ad unum verbum & tam obscure positum, ut hoc expositione dignum Evangelista ducat? Hoc autem dicebat, inquit, significans qua morte esset moriturus: mox quia crucis exaltatio significetur, intelligunt, nisi quia discipuli, cujus vita maxime videre desiderabant, ejus mortem audire non poterant. Quem non solum hominem innocentem, sed & Deum verum sciebant, hunc nullatenus mori vel posse putabant. Et quia per parabolam eum saepe loquentem audire conserant, quoties aliquid de sua passione dicebat, hoc non ita, ut sonabat, intelligendum, sed amore dictante, ad aliud quod allegoricè referendum esse credebant. Judaei vero, quia in ejus necem conspiraverant, quicquid de sua passione vel cruce loquebatur, intelligebant. Hoc enim loquebatur, quod ipsi summo petere & fieri optabant, & perficere satagebant: sicque miro & inusitato modo idem subeunda crucis sacramentum, quod fidelibus amor abscondit, infidelibus invidia pandit.

Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, caecus quidam sedebat secus viam mendicans: & cum audiret turbam praeteruentem, interrogabat quid hoc esset? Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiveret. Caecus iste per allegoriam genus humanum significat, quod in parente primo à paradisi gaudiis expulsum, claritatem supernae lucis ignorans, damnationis suae tenebras patitur: sed cum Hiericho appropinquare Iesus dicitur, caecus illuminatur, Hiericho quippe interpretatur luna: luna autem in sacro eloquio pro defectu ponitur carnis: quia dum mensuris momentis defecit, defectum nostrae mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquat Hiericho, caecus ad lumen redit: quia dum divinitas defectum nostrae carnis suscipit, humanum genus lumen, quod amiserat, recipit. Qui videlicet caecus rectè & juxta viam sedere, & mendicans esse describitur, ipsa enim veritas dicit: Ego sum via. Ergo qui aeternae lucis claritatem nescit, caecus est: sed si jam in Redemptorem credit, juxta viam sedet. Si autem jam credit, sed ut aeternam lucem recipiat rogare dissimulat, atque à precibus cessat, caecus quidem juxta viam sedet, sed minime mendicat: si verò credit & exorat, & juxta viam sedet caecus, & mendicat.

Et clamavit, dicens: Iesu fili David, miserere mei. Et qui praebant, increpabant eum, ut taceret. Ipse vero multo magis clamabat, Fili David, miserere mei. Quid isti designant, qui Jesum venientem praecedunt, nisi desideriorum carnalium turbas, tumultusque vitiorum: qui priusquam Iesus ad cor nostrum veniat, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, & voces cordis in oratione perturbant? Saepè namque dum converti ad Deum post perpetrata vitia volumus, dum contra haec eadem exorare vitia, quae perpetravimus, conamur, occurrit cordi phantasmata peccatorum quae fecimus, mentis nostrae aciem reverberant, confundunt animum, & vocem nostrae deprecationis premunt. Sed quem turba increpat ut taceat, magis ac magis clamat: quia quanto graviori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi insistere ardentius debemus.

Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Ecce stat, qui ante transibat: quia cum adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur, Jesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum verò orationi vehementer insistimus, stat Iesus & lucem restituit: quia Deus in corde figuratur, & lux anima reparatur.

Et cum appropinquaret, interrogavit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Nunquid qui lumen reddere poterat, quid velle caecus ignorabat? Sed peti vult hoc quod & nos petere, & se concedere praenoscit. Importune namque ad orationem nos admonet, & tamen dicit: Scit namque pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit, ut petatur: ad hoc requirit, ut cor ad orationem excitet. Unde & caecus protinus adjungit: Domine ut videam. Ecce caecus à Domino non aurum, sed lucem quaerit, parvipendit extra lucem

aliquid quaerere. Quia etsi caecus habere quodlibet potest, sine luce non potest videre quod habet. Imitemur ergo eum, quem & corpore audivimus & mente salvatum, non fallas divitias, non terrena dona, non fugitivos honores à Domino, sed lucem quaeramus: illam videlicet lucem, quam videre cum solis Angelis possumus, quam nec initium inchoat, nec finis angustat: ad quam profecto lucem via fides est. Unde rectè & illuminando caeco protinus subjungitur:

Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te salvam fecit. Et confessum vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Videt & sequitur, qui bonum quod intelligit, operatur: videt autem, sed non sequitur, qui bonum quidem intelligit, sed bona operari contemnit: Jesum enim sequitur, qui imitatur. Hinc namque dicit: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Consideremus ergo quae graditur, ut sequi mereamur: sicque fit, ut non solum nostra vita in Deum proficiat, sed haec ipsa nostra conversatio ad laudem Dei & alios accendat. unde illic subditur:

Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo. Dedit enim plebs laudem Deo, non solum pro impetrato munere lucis, sed & pro merito fidei impetrantis. Dedit laudem Deo, quia & Jesum vidit misericorditer ac potenter lucem restituisse roganti, & obstinatae fidei clamorem, quae iuste quaerit, mox consequi posse cognovit. Unde notandum, quia Dominus in carne apparet, omnia quae verbis docuit, exemplis firmavit. Qui enim nobis praecipit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. & ipse in universis quae cepit facere & docere, non suam ab hominibus, sed patris gloriam quaerebat.

Beda Presbyteri Homiliarum hyemalium finis.

BEDÆ PRESBYTERI
HOMILIAE QUADRAGESIMALES.
IN DIE CINERUM.
Luca 12. Matth. 6.

Titulo sancti Evangelii secundum Lucam. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis: quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester, ibi et cor vestrum erit. Sine lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÉM LECTIÓNE.

Non hoc praecipuum esse putandum est ut nil pecuniae reservetur à sanctis, vel suis scilicet, vel pauperum usus suggerenda, cum & ipse Dominus, cui ministrabant Angeli, tamen ad informandam Ecclesiam suam loculos habuisse legatur, & à fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus aliisque indigentibus tribuens: sed ne Deo propter ista serviat, & ob inopiae timorem justitia deseratur.

Thesaurum non deficientem in caelis, quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Sive simpliciter accipiendum, quod pecunia servata deficiat, vel videlicet à ture thesauris erepta, vel in thesauris ipsa sui fragilitate foedata: data autem pro Christo perennem misericordiae fructum conferat in caelis, seu certè ita intelligendum, quod thesaurus boni operis si commodi tibi tibi occasione condatur, facile corruptus intereat: at si caelestis solum tentatione congeratur, non exterius hominum favore, non intus inanis gloria valeat labe maculari. Fur enim de foris rapit, tinea scindit interius: Fur abstulit divitias eorum, de quibus Dominus ait: Receperunt mercedem suam. Tinea corrumpit vestes eorum, quos Psalmista redarguens, ait: Quoniam Deus dissipet ossa hominum sibi placentium. Ossa enim virtutù robor appellat.

Ioan. 14.

Math. 6.

Ioan. 22

Math. 5
Actu. 1.

Math 6
Psal. 52.